

## LUDOVICI CARROLL: ALICIA IN TERRA MIRABILI (LIBRI I – VI)

([Latine redditus ab eius fautore vetere gratoque Clive Harcourt Carruthers](#))

[mit Vokabular versehen von K.M.Bosch, die dickgedruckten Buchstaben stellen meine Verbesserungen des lat. Textes dar.]

### CAPUT PRIMUM :DESCENSUS IN CUNICULI CAVUM

ALICIAM iam incipiebat plurimum taedere iuxta sororem suam in ripa sedere nec quidquam habere, quod faceret.

Semel et saepius in librum oculos coniecerat, quem soror legebat: sed ei inerant nec tabulae nec sermones. 'Quid adiuvat liber,' secum reputabat Alicia, 'in quo sunt nullae tabulae aut sermones?'

Itaque cogitabat (nempe ut lucidissime poterat, nam tempestate calida torpebat semisomna), num operae pretium esset surgere et flosculos carpere, modo ut sertum nectendo se delectaret, cum subito Cuniculus Albus oculis rubeis prope eam praeteriit. Neque in eo erat quidquam magnopere dignum memoria: neque Aliciae valde insolitum videbatur, ut Cuniculum sibi loquentem audivit: 'Vae, vae! Sero perveniam!'

cuniculus -i,m – Kaninchen; unterirdischer Gang

cavus 3 - hohl, gewölbt

multum plus plurimum - viel, oft, sehr (Adv.)

taedet 2.,taedit - Widerwillen haben, sich ekeln

ripa -ae,f - Ufer

sedeo 2.,sedi,sessum - sitzen

conicio 3.,-ieci,-iectum – werfen

insum,infui,inesse – darin sein

secum - mit sich (=cum se)

reputo 1. - berechnen, erwägen, überdenken

nempe – allerdings, natürlich, offenbar

lucidus 3 - leuchtend, hell

calidus 3- warm, hitzig, heiß

torpeo 2.,-ui – starr sein, untätig sein

semisomnus 3 – halbschlafend, schlaftrunken

operae pretium est – es ist der Mühe wert ; to be worth the trouble

flosculus i m. - Blümchen

carpo 3.,carpsi,carptum – pflücken

sertum i n. – Blumengewinde, Girlande

necto 3.,nexui,nexum - knüpfen, zusammenbinden

albus 3 – weiß

rubeus 3 - rot

velitari or atus sum,, - ein Gefecht liefern, zanken, kämpfen

magnopere - sehr (Adv.)

insolitus 3 - ungewohnt, fremd

vae - wehe, ach, Hilfe (Interj.) 'Vae, vae! Sero perveniam!' Oh dear! O dear! I shall be too late!

Cum Alicia postea de hoc cogitaret, in mentem occurrit id debuisse sibi mirum videri, sed id temporis omnia videbantur ordinaria. Sed ut Cuniculus horologium parvulum re vera e sinu subuculae extractum contemplatus usque festinavit, Alicia cito consurrexit. In mentem enim eius subito incidit se numquam antea cuniculum vidisse, qui aut subucula indueretur aut horologium portaret, quod ex ea extrahere posset. Ita Alicia curiositate ardens Cuniculum trans pratum persecuta in ipso articulo eum conspicata est cito descendente in cavum sub vepribus situm. Non diutius morata, Alicia post eum descendit, ne cogitans quidem, quo pacto omnino rursus emergeret. Aliquod spatium cuniculi cavum protinus recte porrigebatur velut fossa subterranea, deinde tam subito declive factum est, ut Alicia, antequam se sistere posset, inveniret se decidere quasi in profundissimum puteum.

---

occurro 3.,occurri,occursum - entgegenlaufen, entgegentreten, begegnen, entgegentreten

ordinarius 3 – ordentlich, gewöhnlich

horologium -i,n - Uhr

parvulus 3 - klein

subucula ae f. – Hemd (sinus subuculae – waistcoat-pocket)  
 sinus -us,m - Schoß, Krümmung, Bucht, Bogen, Tasche  
 extraho,extrahi,extractum - herausziehen, hinausschaffen, in die Länge ziehen  
 contemplor 1. - betrachten  
 usque - bis, bis zu, in einem fort (Adv.)  
 festino 1. - eilen, beschleunigen  
 consurgo 3.,-surrexi,-surrectum – aufstehen  
 porto 1. - tragen, bringen  
 curiositas atis,f - Wissbegierde, Neugier  
 ardeo 2.,arsi,arsurus - brennen, glühen, verzehrt werden  
 pratium -i,n – Wiese  
 articulus l m. – Gelenk ; Augenblick  
 conspicio 1. - erblicken  
 vepres is m. - Dornstrauch  
 pactum -i,n - Abmachung, Vertrag, Art und Weise  
 emergo 3.,emersi,emersum - auftauchen  
 protinus - vorwärts, unverzüglich (Adv.)  
 fossa -ae,f - Graben, Kanal  
 subterraneus 3 – unterirdisch  
 declivis e - abschüssig  
 sisto 3., stiti, statum – (auf)stellen; se sistere anhalten  
 decido 3.,decidi - herabfallen, sterben  
 profundus 3- tief  
 puteus -i,m - Brunnen

Sed sive puteus profundissimus erat sive ea lentissime decidebat, descendenti satis temporis ei erat, ut circumspicaret et miraretur, quid proxime eventurum esset.

Primo conabatur infra despiciere, ut discerneret, quo adveniret. Sed propter obscuritatem nihil videre potuit.

Deinde observabat latera putei, quae plena armariis pluteisque esse videbat: passimque mappae terrarum et tabulae de paxillis pendebant.

Praeteriens Alicia de uno pluteorum oram detraxit, titulo inscriptam 'Aureorum decoctio malorum'; at praeter spem vacua erat. Et cum ollam manu demittere nollet, ne quem infra interimeret, feliciter effecit, ut, dum praeterit, in unum armarium eam deponeret. 'Eia! secum reputavit Alicia, 'postquam ita longe decidi, de scalis delabi nullius momenti erit! Quam fortem me esse putabunt omnes domi! Etiamsi enim de summo tecto delabar, nullum verbum edam.' Quod prorsus veri simile sit!

Deorsum, usque deorsum cadebat. An numquam finis sit decidendi?

'Nam miror, quot milia passuum' inquit Alicia 'adhuc delapsa sim. Me iam oportet appropinquare ad mediam partem globi terrestris. Cogita enim: fere quater miliens milia passuum oportet esse.'

sive...sive – sei es...sei es  
 lentus 3 - langsam, lässig, zäh  
 descendenti nicht dis- !  
 circumspicio 1. - sich umsehen nach, sich umschaun nach  
 miror 1. - sich wundern, bewundern  
 infra (Adv.)- unterhalb  
 despicio 3.,despexi,despectum - herabsehen, herabblicken, verachten  
 discerno 3.,discrevi,discretum - unterscheiden, trennen  
 obscuritas atis f. – Dunkelheit  
 armarium -i,n - Schrank, Bücherregal  
 pluteus i m. = pluteum i n. - Schirmdach, Wandbrett, Sofa. Hier: book-shelve  
 passim (Adv.) - überall  
 mappa -ae,f - Tuch, Mundtuch, Serviette, Flagge  
 paxillus i m. – Pfahl, Dübel, Haken  
 ora -ae,f – Küste; Topf (?; Übersetzung von "jar")  
 detraho 3.,detraxi,detractum - herabziehen, abreißen, entreißen, wegnehmen, schleppen  
 titulus -i,m - Aufschrift, Buchtitel, Ehrentitel, Grabinschrift, Anzeige  
 inscribo 3.,inscripsi,inscriptum - einschreiben, darauf schreiben, betiteln, einmeißeln  
 decoctio onis f. - Abkochung  
 malum -i,n – Apfel; aureorum decoctio malorum – orange marmelade  
 vacuus 3 - leer, frei, frei von  
 olla ae f. - Topf  
 interimo 3.,interemi,interemptum - töten, aus dem Weg räumen, beseitigen

depono 3., deposui, depositum - niederlegen, ablegen, beiseite legen, wegbringen  
 eia - toll!, alle Achtung!, oho! (Interj.)  
 reputo 1. – berechnen; überlegen  
 scalae -arum, f - Treppe  
 delabor 3., delapsus sum - herabgleiten  
 momentum -i, n - Augenblick, Bedeutung; momenti esse – Einfluss haben, Gültigkeit haben  
 edo 3., edidi, editum - herausgeben, hervorbringen, von sich geben, vollbringen, veranstalten  
 prorsus - vorwärts, geradewegs, völlig, ganz und gar (Adv.)  
 deorsum (adv.) - abwärts  
 passus -us, m - Schritt, Doppelschritt  
 inquam inquis inquit - ich sage, ich habe gesagt, ich sagte  
 oportet 2., oportuit, - - nötig sein, sich gebühren, sollen  
 appropinquo 1. - nahen, sich nähern  
 globus -i, m - Kugel  
 terrestris e - Erd-, irdisch  
 quater (Adv.)- viermal  
 miliens – je 1000

Complures enim huius generis res Alicia in schola didicerat; et quamquam occasio minime opportuna erat scientiae ostendendae, quod nemo aderat, qui eam audiret, tamen bonae exercitationi esse putabat haec iterare.

'Ita est,' inquit Alicia, 'id oportet esse spatium verum. Sed quidnam attigi Latitudinis vel Longitudinis?' Omnino nesciebat, quid significarent verba 'Latitudo' vel 'Longitudo', sed ei videbantur verba grandiloqua esse. Mox iterum loqui coepit: 'Demiror, num prorsus per totum globum delapsura sim.

Quam erit mirabile inter gentes emergere, quae capitibus inversis incedunt. Antipathiae, credo, vocantur.'

Gratius ei erat, quod re vera nemo nunc auscultabat, nam verbum 'Antipathiae' non omnino iustum videbatur.

'Sed plane necesse erit,' ait 'hos homines rogare, quod sit nomen terrae. Dic mihi, sis, domina, estne haec terra Nova Zealandia, an Australia?'

Et dum loquitur, genu flectere conata est - quasi posset genu flectere quisquam, dum per aerem delabatur. An tu, mi amice, id posses?

'Quam incitiam ea censebit me esse, si hoc rogabo! Rogandum vero non est. Forte nomen terrae alicubi inscriptum videbo.' Deorsum, usque deorsum cadebat. Cum nihil aliud esset, quod faceret, Alicia mox rursus loqui coepit.

gener generi, m - Schwiegersohn  
 minime - am wenigsten, sehr wenig, keineswegs (Adv.)  
 ostendo 3., -tendi, -tentum - zeigen  
 itero 1. – wiederholen  
 quidnam – was denn  
 attingo 3., attingi, attactum - berühren  
 latitudo latitudinis, f - Breite  
 longitudo longitudinis, f - Länge  
 significo 1. - bezeichnen, bedeuten  
 grandiloquus 3 – großsprecherisch, erhaben  
 coepisse, -, coepi, coeptum - angefangen haben  
 demiror 1. - sich sehr wundern, bewundern, wissen wollen  
 num – ob (etwa)  
 mirabilis e - bewundernswert, erstaunlich  
 emergo 3., emersi, emersum – auftauchen  
 inversus 3. – umgedreht; with their heads downwards  
 Antipathia ae f. – Antipathie (Vielleicht meint A. „Antiphates“, Riesen, denen Odysseus entkam?)  
 ausculto 1. - hören  
 plane - völlig, deutlich, allerdings (Adv.)  
 aio ais ait aiunt - ich sage, du sagst, er sagt  
 sis - = si vis (?) Entspricht nicht dem engl. Text „Please, Ma'am, is this New Zealand or Australia?“  
 Nova Zealandia – New Zealand  
 Australia – Australien  
 genu genus, n – Knie; genu flectere – Knie beugen, Knicks machen  
 alicubi - irgendwo, irgendwo anders (Adv.)  
 reformare, o, avi, atum - umgestalten, verwandeln  
 incitus 3 - unwissend

'Dina certe hodie vesperi me desiderabit.' (Dina feles domesticus erat). 'Spero patellam lactis vesperi ei dare eos non esse oblituros. Dina cara, o si mecum hic infra adesses! In aere, opinor, nulli sunt mures; fortasse tamen posses captare vespertilionem, qui sane muris similis est. Sed miror, num feles edant vespertiliones.'

Alicia nunc incipiebat somno vinciri, et sibi usque dictitabat somniculose, 'Felesne vescuntur vespertilionibus?' et aliquando 'Vespertilionesne vescuntur felibus?' Quod enim neutrum explicare poterat, paulum intererat, utro modo diceret.

Ei videbatur se somniculosam somniare incipere: se manibus iunctis cum Dina deambulare eamque serio rogare, 'Verone, Dina, edisti umquam vespertilionem?'-cum subito strepitu magno incidit in acervum virgarum frondisque aridae. Terminus hic fuit casui.

Alicia, nihil laesa, cito surrexit. Sursum conspexit, sed supra omnia obscura erant. Sed ante eam erat alter porticus longus: Cuniculus Albus etiam erat in conspectu per eum properans.

Aliciae necesse erat festinare. Quam velocissime Cuniculum insecuta, forte audivit eum dicere, ut in angulo viae deflexit, 'Per aures setasque meas, quam sero sum!'

Quamquam minimo spatio Cuniculum sequebatur, cum in flexum se vertit, ille e conspectu evanuerat.

Alicia erat in longo atrio, lacunari non alto, quod lucernae a tecto ordine demissae illustrabant. Circum totum atrium erant fores, omnes obseratae; et postquam circuitum fecit utriusque lateris atrii omnesque fores aperire tentavit, Alicia per medium incessit maesta, nam mirabatur, quomodo umquam evadere posset.

De improvise invenit mensulam tripedem vitro solido factam; in ea nihil erat praeter clavem auream perparvam, qua primo Alicia putavit se posse fores quasdam atrii aperire. Eheu! Sive machinatio serarum nimis magna, sive clavis nimis parva erat, certo haec nullas fores aperuit.

Dina – engl. Dinah

hodiernus a um - heutig

vesperi – am Abend

felis felis,m/f - Kater, Katze

patella -ae,f - Teller, Schale

o - oh!, ach! (Interj.)

aer aeris n. - Luft

opinor 1. - meinen, glauben, vermuten

mus muris,m - Maus

capto 1. - fangen, fassen

vespertilio onis m. - Fledermaus

sane (Adv.)- durchaus, allerdings, gewiss

dictito 1. - immer wieder sagen

somniculosus 3 - schläfrig

vescor 3. - sich nähren

paulum - ein wenig, ein bisschen (Adv.)

somnio 1. - träumen

deambulo 1. – spazieren gehen

serio - ernsthaft (Adv.)

vero-ne

acervus -i,m - Haufen

virga -ae,f - Zweig, Rute, Stock

aridus a um - trocken, lechzend

terminus -i,m - Grenze, Ziel, Ende

laedo 3.,laesi,laesum - stoßen, verletzen, beleidigen

sursum - in die Höhe, empor (Adv.)

porticus -us,f - Säulenhalle

conspectus -us,m - Anblick, Blick, Blickfeld

propero 1. - (sich be)eilen

insequor 3.,insecutus sum - folgen, verfolgen

angulus -i,m - Winkel, Ecke

deflecto 3.,deflexi,deflexum - herabbiegen, abwenden, umkehren

per + Akk. - bei

seta ae f. – starkes Haar, Schnurrbarthaare (whiskers)

sero (Adv.) - spät, zu spät

evanesco 3., evanui, - - verschwinden  
 flexus us m. – Biegung  
 atrium -i, n - Atrium, Halle  
 lacunar aris n. - Decke  
 altum -i, n - hohe See  
 lucerna -ae, f - Öllampe  
 illustro 1. - erleuchten, erhellen, erklären  
 fores ium, f - Doppeltür  
 obsero 1. - verschließen  
 circuitus us m. - Umgang  
 latus eris n. – Seite  
 tento 1. - versuchen  
 medium -i, n - Mitte  
 maestus 3 - betrübt, traurig  
 evadere, evado, evasi, evasurus - ausgehen, hinausgehen, entkommen  
 improvisus a um - unvorhergesehen, unversehens, unvermutet  
 mensula ae f. - Tischchen  
 tripes –pedis – dreifüßig  
 vitrum -i, n - Glas, Kristall  
 solidus 3 - fest, dauerhaft, ganz, echt  
 clavis is, f – Schlüssel  
 perparvus 3 - sehr klein, winzig  
 eheu - oh, ach (Interj.)  
 machinatio machinationis, f - Maschine, Konstruktion, mechanisches Getriebe  
 clavus -i, m – Schlüssel

Cum tamen bis circumiisset, invenit aulaeum humile, quod antea non animadverterat. Post hoc erat ianua parva, fere digitos quindecim alta. Clave aurea parvula ad machinationem accommodata, Alicia gaudio maximo eam aptam esse invenit.

Ianua reclusa foramen praebuit in parvum transitum, non multo maiorem quam muris cavum. Alicia genibus subnixata per transitum conspexit hortum multo amoenissimum. Quantum gestiebat evadere ex illo atrio obscuro et inter flores purpureos fontesque frigidos pervagari! Sed ne caput quidem per ianuam protrudere poterat. 'Etiam si reapse caput meum transeat,' puella infelix secum reputabat, 'id minimo usui sit sine umeris. Utinam me comprimere possem velut telescopium! Id possem, credo, si tantum facere scirem initium.' Tot vero mira nuper acciderant, ut Alicia credere coepisset paucissima re vera fieri non posse. Non usui videbatur esse Aliciae ad ianuam parvam permanere, itaque ad mensulam rediit. Speravit enim se in ea alteram clavem inventuram esse, aut saltem librum praeceptorum, quibus usi homines comprimerentur velut telescopia. Nunc ibi invenit ampullam parvam ('Certo non hic erat antea,' inquit Alicia), **cuius circum** cervices alligatus est titulus chartaceus. In eo magnis litteris belle scriptum est: HAURI ME.

bis - zweimal (Adv.)  
 circumeo, -ii, -itum – herumgehen (gewöhnlich „circumisset“)  
 aulaeum -i, n - Theatervorhang  
 ianua -ae, f - Türe, Zugang  
 digitus -i, m - Finger, Zehe  
 quindecim - fünfzehn  
 accommodo 1. - anpassen, einrichten  
 recludo 3., -clusi, -clusum – (er)öffnen  
 foramen inis, m - Öffnung  
 transitus -us, m - Durchgang  
 multo + Komparativ – viel  
 cavum i n. - Loch  
 subnixus 3 – sich stemmend  
 hortus -i, m - Garten  
 amoenus 3 - reizend, reizvoll, reizend gelegen, lieblich, hübsch, idyllisch  
 gestio 4. - begehren  
 floreo 2., florui, - - blühen, in Blüte stehen  
 purpureus 3 - purpurfarben  
 fons ntis, m - Quelle  
 pervagor 1. – umherstreifen  
 reapse – in der Tat  
 protrudo 3., -si, -sum - vorschieben  
 umerus -i, m - Schulter

comprimo 3.,-pressi,-pressum – zusammendrücken  
 telescopium i n. – Teleskop  
 permaneo 2.,-mansi,-mansum – verharren  
 mensula ae f. - Tischchen  
 saltem - wenigstens (Adv.)  
 praeceptum -i,n - Vorschrift, Lehre  
 utor 3.,usus sum + Abl.- etw. gebrauchen, benutzen  
 ampulla -ae,f - Flasche, Fläschchen  
 cervix cis,f - Hals  
 alligo 1. – anbinden  
 titulus chartaceus – Papieraufschrift (paper label)  
 eo - dorthin, dort, dahin (Adv.)  
 littera -ae,f - Buchstabe  
 bellus 3 - schön, hübsch, nett  
 haurio 4.,hausi,haustum – schöpfen (hauri me = drink me)

Facile erat dicere 'HAURI ME'; sed Alicia, prudens puella, raptim obtemperare noluit. 'Prius potius scrutabor,' inquit, 'notamne ampulla habeat "venenum" necne.'

Fabellas enim delicatas quasdam legerat, in quibus scriptum est pueros ambustos esse vel feris devoratos vel alios casus molestos passos esse, tantum quod reminisci nollent, quas rationes agendi simplices amici praecepissent.

Exempli gratia: 'Ferrum calore candens aduret si diutius aequo id tenebis.'

Aut 'Si digitum cultello gravius inseces, plerumque sanguine fluit.'

Et (quod Alicia bene meminerat) 'Si multum bibas ex ampulla verbo "venenum" notata, serius aut citius stomacho grave est.'

Cum autem huic ampullae nota 'venenum' non inesset, Alicia, gustare ausa, potionem suavissimam esse sensit.

Saporem vero **quodam modo** mixtum habebat: repraesentabat enim scriblitam cerasorum - et lactinia - et cydonia - et carnem gallinaceam assam - et cuppedia- et panem tostum butyro illitum.

Alicia brevi tempore potionem exhaustit.

'Eia! Sensu quam insolito afficior!' inquit Alicia. 'Videor comprimi velut telescopium!' Atque ita erat. Nunc tantum decem digitos alta fuit. Hilaris ergo vultu erat, quod iam esset satis alta ad hortum amoenissimum per parvam ianuam intrandum.

Primo tamen paulisper exspectabat, si amplius se contraheret. Hoc enim facta est aliquanto timidior.

'Cogitandum,' sibi dixit. 'Ad extremum fieri possit, ut candela modo exstinguar.

Qualis tunc futura sim, demiror.' Et sibi fingere conata est flammulae candela exstincta formam. Non enim meminerat se umquam talem rem vidisse.

raptim (Adv.) - hastig  
 obtempero 1. – gehorchen  
 scrutator 1. - untersuchen  
 potius (Adv.)- vielmehr, eher, lieber  
 -ne...necne – ob...oder nicht  
 venenum -i,n – Gift  
 delicatus 3- fein  
 amburo 3.,ambussi,ambustum - in Brand setzen  
 fera -ae,f - wildes Tier, Tier  
 devoro 1. - verschlingen  
 molestus 3 - lästig, beschwerlich  
 reminiscor 3. – sich auf etwas besinnen; bedenken  
 ago 3.,egi,actum - tun, machen, treiben, betreiben, handeln; rationes agendi simplices = the simple rules  
 exempli gratia – z.B.  
 calor caloris,m - Wärme, Hitze, Glut  
 candeo 2.,candui - glänzen: glühen  
 aduro 3, -ussi,-ustum - verbrennen  
 cultellus i m. - Messerchen  
 insecor 1., -secui,-serctum - einschneiden  
 plerumque - meistens, meist (Adv.)  
 fluo 3.,fluxi,fluxum - fließen, strömen  
 noto,notavi,notatum - kennzeichnen, tadeln  
 citius - schneller (Adv.)

stomachus -i,m - Magen  
 gusto 1. - verkosten, genießen  
 potio onis,f - das Trinken  
 sapor oris m. - Geschmack  
 misceo,miscui,mixtum - mischen, verwirren  
 repraesento 1. – vor Augen stellen  
 scriblita ae f. – eine Art Gebackenes; hier = tart  
 cerasus i f. = cerasum i n. - Kirsche  
 lacticinium i n. – Milchspeise (custard)  
 cydonia (mala) – Quitten; hier= pine-apple – Ananas; das ist falsch! Ananas ist „malum pineum“ oder „ananasa“.  
 caro gallinacea – Hühnerfleisch (rost turkey ist falsch. Es müsste heißen „caro galli Indici“ oder „caro gallopavi“  
 assus 3 - gebraten  
 cuppedium i n. – Leckerbissen  
 panis tostus - Toastbrot  
 butyrum i n. - Butter  
 illinio 4. - bestreichen  
 brevi - in Kürze, in kurzer Zeit, bald (Adv.)  
 exhaurio 4.,exhausi,exhaustum – austrinken  
 hilaris e - heiter, fröhlich, vergnügt  
 intro,intravi,intratum - eintreten, betreten  
 paulisper – ein wenig  
 amplius - weiter, mehr (Adv.)  
 contraho,contraxi,contractum - zusammenziehen  
 aliquanto + Komparativ – ein wenig  
 ad extremum – für den schlimmsten Fall  
 candelae modo – wie eine Kerze  
 fingo 3.,finxi,fictum - bilden, darstellen, denken, sich ausdenken, sanft berühren, gestalten, erdichten  
 flammula ae f. - Flämmchen

Paulo post, quoniam nihil amplius accidit, statuit nulla mora in hortum ire. Vae miserae Aliciae! Ut ad ianuam advenit, se clavem auream parvulam reliquisse invenit. Regressaque ad mensam ad eam repetendam, nullo modo poterat eam contingere, quamquam per vitrum eam perspicue videre poterat.

Quam maxime poterat, conabatur pede uno mensae eniti: at vero nimis lubricus erat. Conatibusque defatigata puellula misera considit lacrimasque fudit.

'Tacedum: inane est sic lacrimare!' sibi dixit severe Alicia. Te hortor, ut extemplo desinas!  
' Plerumque quidem se optime admonebat (raro tamen ipsa monitis utebatur): aliquando tam aspere se increpabat, ut etiam fleret.

Tempore quodam (sic recordabatur) se alapis caedere conata est, quod pila ludens nullo alio competitore contra se ipsam fallaciter egisset. Nam Aliciam lusus insolitus delectabat, quo duos homines se esse simulabat.

'Sed vanum est' Alicia meditabatur, 'nunc simulare me esse duos homines! Vix satis mei superest, ex quo homo unus eo nomine dignus fiat.' Mox conspicata est cistellulam vitream sub mensa sitam; qua reclusa placentam parvulam invenit, in qua verba 'VESCERE ME' uvis passis belle notata sunt.

'Esto, vescar ea,' inquit Alicia, 'et, si me proceriorem faciet, clavem contingere potero: sin humiliorem, per ianuam reptare potero. Utroque modo in hortum perveniam; et mea nihil interest, utrum fiat.'

Paululum edit, sibique anxie dixit: 'Utram in partem cresco? Utro?' In summo capite manum tenebat, ut discerneret, quam in partem mutaretur.

Praeter expectationem sensit se nec maiorem nec minorem fieri. Nempe hoc plerumque fit, cum placentam edas.

Sed Alicia exspectare adsueverat nil praeter insolita; itaque prorsus ieiunum et insulsum esse videbatur omnia cotidiano modo continuari. Initio igitur facto Alicia mox devoravit placentam.

mora -ae,f - Verzug, Aufenthalt  
 regredior 3.,regressus sum - zurückgehen, umkehren  
 contingo 3.,contigi,contactum - berühren, gelingen, zuteil werden  
 perspicuus 3- offenbar, klar  
 enitor 3., enixus sum – sich emporarbeiten  
 lubricus 3 - schlüpfrig, glatt, unsicher, leicht beweglich

conatus -us,m - Versuch  
 defatigo 1. - ermüden, erschöpfen  
 puellula -ae,f - Mädchen  
 fundo 3.,fudi,fusum – (ver)gießen  
 inanis e - leer, wertlos, unnützlich, eitel  
 extemplo - sogleich (Adv.)  
 desino 3.,desii,desitum - ablassen, aufhören  
 admoneo 2.,admonui,admonitum - mahnen, ermahnen, erinnern  
 rarus 3 - selten, vereinzelt  
 asper aspera asperum - rau, bitter, herb, schroff  
 increpo 1.,increpui,increpitum - schelten, schimpfen über, beschimpfen  
 recordor 1. - sich erinnern, bedenken  
 alapa -ae,f - Backenstreich, Ohrfeige  
 pila ae f. - Ball  
 fallax cis - trügerisch  
 competitor oris m. - Mitspieler  
 lusus -us,m - Spiel, Scherz  
 simulo 1. - darstellen, vortäuschen, vorgeben, heucheln, so tun als ob  
 vanus 3 - nichtig, eitel, leer (But it's no use now.)  
 meditor 1. - nachdenken über etwas, sinnieren auf  
 Vix...fiat. ( Why, there's hardly enough of me left to make one respectable person! )  
 cistellula ae f. - Kistchen  
 vitreus a um - aus Glas, gläsern  
 recludo 3., -clusi,-clusum – aufschließen, öffnen  
 placenta -ae,f - Kuchen  
 uva -ae,f – Traube; uvis passis sind Rosinen. Im engl. Text ist davon nicht die Rede, sondern nur „EAT ME were beautifully marked in currants.“  
 procerus 3- schlank, hoch, lang  
 sin - wenn aber (Sj.)  
 repto 1. – kriechen  
 mea interest – es ist mir daran gelegen  
 anxius 3 - ängstlich  
 expectatio ionis,f - Erwartung  
 nempe (Adv.) denn doch, allerdings, natürlich sicherlich  
 assuesco 3.,assuevi,assuetum - sich gewöhnen  
 ieiunus 3 - nüchtern, hungrig  
 insulsus 3 – ungesalzen, fade, abgeschmackt  
 cotidianus 3 - täglich, alltäglich  
 continuo 1. – aneinander fügen, fortsetzen

## CAPUT SECUNDUM (THE POOL OF TEARS [ohne lat. Übersetzung!])

'NECOPINATIUS, etiam necopinatus!' inquit Alicia. (Tantum stupebat, ut ad praesens facultas recte loquendi eam omnino desereret.)

'Distendor nunc velut maximum omnium telescopium! Pedes, valete!'

(Cum enim pedes suos despiceret, tam procul esse videbantur, ut vix in conspectu essent.)

'Ei! Pedes miselli, quisnam vobis dehinc induet soleas et tibialia, deliciae? Certum est me non posse! Procul ero multo magis, quam ut vos curem. Res vobis gerendae erunt, quam bene poteritis.'

'Sed benevola eis esse debeo,' secum reputabat Alicia, 'aut forte non **incedent**, quo modo ego ire volam! Quid enim? Soleas novas semper Saturnalibus eis dabo.'

Et usque cogitabat quomodo id efficeret.

'Soleas oportet a gerulo apportari; et quam mirum mihi erit dona ad meos ipsius pedes mittere! Quamque inusitate inscribetur fasciculus!

'Alicia Pedi Suo Dextro S. P. D.,

In Stragulo,

Prope Focum.'

'Eia vero! Quam inepta dico!'

necopinatus 3 - unvermutet

stupeo 2.,stupui,- - starr sein, erstarren, stutzen, staunen

distendo 3., -tendi,-tentum - ausdehnen



procul - fern, aus der Ferne, weit (Adv.)  
 misellus 3 – unglücklich, elend  
 dehinc - von nun an (Adv.)  
 solea ae f. – Sandale (engl. shoes)  
 tibialia um n. - Hosen  
 deliciae -arum,f - Vergnügungen, Lust  
 benevolus a um - wohlwollend, gewogen, gütig  
 Saturnalia ium,n – Saturnalien (engl. every Christmas)  
 gerulus i m. - Träger  
 apporto 1. - herbeibringen, bringen  
 donum -i,n - Geschenk, Gabe  
 inusitatus 3 - ungewohnt, ungewöhnlich  
 fasciculus i m. – Bündelchen, Strauß, Paket  
 dexter dextra dextrum - rechts  
 s.p.d. = salutem plurimam dicit  
 stragulum -i,n - Decke, Teppich  
 focus -i,m - Herd, Feuerstätte

Eo ipso tempore caput eius percussit tectum atrii. Nunc vero paulo amplius pedes novem alta erat. Itaque clave aurea parva recuperata ad ianuam horti properavit.

Misellam Aliciam! Cum in uno latere decumberet, in hortum uno oculo perspicere solum poterat. At eo penetrato multo magis praeter spem erat quam antea. Ea considit et rursus lacrimare coepit.

'Te pudere oportet,' ait Alicia, 'puella grandis ut es,' (quod iuste dicere poterat!), 'eo modo usque lacrimare. Desistendum confestim!'

Sed nihilo minus flebat atque lacrimas abundanter fudit usque eo, donec stagno circumdata est magno, fere quattuor digitorum in altitudinem, quod per dimidiam atrii partem patebat.

Paulo postea levem pedum crepitum procul audivit. Lacrimas festinanter abstersit, ut videret, quid veniret.

Cuniculus Albus erat, qui redibat, nitide vestitus; in altera manu manicas candidas haedina aluta factas, in altera flabellum satis magnum portabat.

Citato gradu properanter advenit; simulque sibi mussitabat: 'Ei, Ducissa, Era Nobilis! Nonne profecto saeva erit, si mihi praestolari eam coegero!'

Alicia tantum desperavit, ut parata esset opem a quovis petere. Itaque ut Cuniculus prope advenit, voce submissa et verecunda sic incepit: 'Domine, te precor, sis,----'

Cuniculus violenter trepidavit et manicis candidis flabelloque deiectis in tenebras se abripuit, quam celerrime potuit.

Alicia flabellum manicasque sustulit; et, cum atrium valde calidum esset, flabellum huc illuc agitabat, dum usque loquitur.

'Eheu! Quam mirum in modum omnia hodie se habent! Heri autem res, ut solebant, agebantur. Miror, num nocte transmutata sim. Agedum; eramne profecto eadem, cum hodie mane lectulo surrexi? Haud scio, an meminerim me mihi visam esse paulo dissimilem esse.

Sed si eadem non sum, porro quaerendum est: Quisnam sum ego? Is quidem nodus praecipuus est.'

percutio 3.,-cussi,-cussum - durchstoßen, durchbohren  
 novem pedes – 9 Fuß ~ 2,70 m  
 recupero 1. - wiedererlangen, zurückgewinnen  
 latus eris n. - Seite  
 decumbo 3,-cubui – sich lagern  
 penetro 1. - eindringen, durchdringen  
 consido 3.,-sedi,-sessum – sich niedersetzen  
 pudet 2.,puduit,- - es beschämt  
 grandis e - groß, alt  
 confestim - unverzüglich (Adv.)  
 desisto 3.,-stiti – aufhören (desistendum erg. est)  
 abundans ntis - reichlich  
 nihilo minus – nichtsdestoweniger, trotzdem  
 stagnum -i,n - Teich

quattuor - vier  
 altitudo inis,f - Höhe, Tiefe  
 dimidia pars – die Hälfte  
 pateo 2.,patui,- - offen stehen, offenbar sein, sich erstrecken  
 levis e - leicht, leichtsinnig  
 crepitus us,m - Klappern, Klatschen, Klirren, Rasseln, Rauschen  
 festinanter (Adv.) – hastig  
 abstergeo 2., -tersi,-tersum – abwischen  
 nitidus 3 - glänzend, nett, stattlich, schön  
 vestio 4. – anziehen  
 manica ae f. – Ärmel; Handschuh  
 candidus 3 - strahlend, weiß  
 haedinus 3 – von jungen Ziegenböcken  
 aluta -ae,f - Alaunleder  
 flabellum i n. - Fächer  
 properanter (Adv.) - eilends  
 mussito 1. – murmeln  
 ducissa ae f. – Herzogin  
 era ae f. – Herrin  
 saevus 3 – wild, wütend  
 praestolor 1. – bereitstehen, auf jdn./ etw. warten  
 paratus 3 - bereit, entschlossen  
 quivis quaevis quidvis - jeder beliebige (substant.)  
 submissa voce –mit leiser Stimme  
 verecundus 3 – bescheiden, schüchtern  
 incipio 3., -cepi,-ceptum - anfangen  
 precor 1. - bitten, beten, wünschen  
 violentus 3 - gewaltsam, ungestüm, wild  
 deicio 3. ,deieci,deiectum - herabwerfen, niederwerfen  
 tenebrae -arum,f - Finsternis, Dunkelheit  
 abripio 3.,abripui,abreptum - hinwegraffen  
 tollo 3., sustuli,sublatum - aufheben  
 huc - hierher (Adv.)  
 illuc - dahin, dorthin (Adv.)  
 agito 1. - treiben, betreiben  
 heri - gestern (Adv.)  
 transmuto 1. – verwandeln, verändern  
 agedum - los! (Interj.)  
 lectulum i n. - Bett  
 porro - weiter, weiterhin, ferner (Adv.)  
 nodus -i,m – Knoten; Übersetzung des eng. Wortes „puzzle“!  
 praecipuus 3 - außerordentlich, vorzüglich, besonders, vor allem

Et considerare coepit omnes sibi notas puellas, quae ei aequales natu erant, si forte quapiam earum mutata esset.

'Certe scio me non Luciam esse,' inquit Alicia, 'nam ea longis cirris est crinita; meae autem crines nullos omnino cirros habent. Et scio me Mariam esse non posse; nam ego plurima novi, at illa tantillum quidem novit!

Praeterea ea est ea, et ego sum ego, et - Eheu! Quam ambiguum est! Conabor probare, num adhuc noverim omnia, quae novisse solebam. Agedum! Quater quina sunt duodecim, et quater sena sunt tredecim, et quater septena sunt - Eheu! Sic viginti numquam attingam!

Multiplicationis tamen non refert: geographiam probemus. Londinium est caput Lutetiae, et Lutetia est caput Romae, et Roma - Non ita est: certe scio id plane falsum esse!

Fieri non potest, quin in Mariam mutata sim! Recitare conabor 'Ut apicula -'; et manibus in gremio compressis velut dictata recitaret, versus repetere coepit.

Sed vox eius sonum subraucum insolitumque edidit; et verba carminis sonabant aliter, quam ut solebant:

'Ut caudam crocodilus, ecce, parvus  
 Curat continuo suam nitentem;  
 Lympha Niliaca irrigat lavatque  
 Squamas segniter aureas adusque!  
 Quam rictus hilares frequenter edit!

Ungues ordine callideque pandit;  
 Malis pisciculos capit benigne  
 Subridentibus, hosce pellicitque.'

aequalis e – gleichaltrig  
 quispiam quidpiam - irgendetwas, irgendetwas (substantiv.)  
 cirrus i m. - Haarlocke  
 crinitus 3 - behaart  
 crinis crinis,m - Haar  
 tantillum i n. – so wenig  
 novisse,-,novi,- - kennen, wissen (Perf. zu noscere)  
 ambiguus 3– schwankend, veränderlich, ungewiss, unklar  
 proba - prüfen, billigen, gutheißen, beweisen  
 quini ae a – je 5  
 duodecim – zwölf  
 seni ae a – je 6  
 tredecim - dreizehn  
 septeni ae a - je sieben  
 multiplicatio onis f. – Multiplikation  
 refert + Gen. – etw. nützt, an etw. gelegen sein  
 geographia ae f. - Geographie  
 Londinium i n. - London  
 Lutetia ae f. - Paris  
 falsus 3 - irrig, falsch  
 quin - dass, dass nicht, ohne dass (Sj. b. Konj.)  
 recito 1. - vorlesen, vortragen  
 apicula ae f. - Bienchen  
 gremium -i,n - Schoß, das Innerste  
 comprimo 3.,-pressi,-pressum - zusammendrücken  
 dicto 1. - diktieren  
 versus -us,m – Vers  
 sonus -i,m - Ton, Klang, Laut  
 subraucus 3 – etwas heiser  
 cauda -ae,f - Schwanz, Schweif  
 crocodilus -i,m - Krokodil  
 continuo (Adv.) - ständig  
 lympa -ae,f – Wasser  
 Niliacus 3 - nilisch  
 irrigo 1. - bewässern, überschwemmen, bespülen  
 lavo 1.,lavi,lautum – waschen  
 squama ae f. - Schuppe  
 segnis e - säumig, träge, lässig  
 adusque (Adv.) – in einem fort  
 rictus us m. – aufgesperrter Mund, gähnender Rachen  
 unguis is,m – Nagel  
 pando 3., pandi, pansum – ausbreiten, spreizen  
 benignus 3 - wohlwollend, freundlich, gütig, freigebig  
 pisciculus i m. – Fischlein  
 subrideo 2.,-ridi,-risum - lächeln  
 pellicio 3.,pellexi,pellectum – anlocken

'Certe scio illa verba recta non esse,' inquit misella Alicia; oculisque lacrimis suffusis pof-fo(?! ) dixit: 'Nihilominus me oportet Mariam esse. Eundum mihi erit habitandumque in illa casula incommode.

Sic mihi erunt fere nullae res lusoriae; et plurima discenda erunt!

Immo vero consilium cepi: si ego Maria sum, hic infra manebo! Frustra capitibus in cavum demissis dicent: 'Sursum sis, reveni, deliciae!'

Tantum suspiciam et dicam, 'Quisnam sum ego? De hoc primo me certiozem facere vobis opus est: deinde, si iuvabit, quod illa sum, quaequae est, sursum veniam; si minus, hic infra manebo, dum puella alia fiam.'

'Sed vae mihi!' inquit Alicia, lacrimis subito effusis, 'Eos valde velim capita deorsum esse demissuros! Me maxime taedet hic solam esse!'

Dum ita dicit, desuper intuita est manus suas; admirata est se alteram manicarum candidarum Cuniculi, dum loqueretur, induisse.

'At quomodo id facere potui?' secum reputabat. 'Oportet me rursus minorem fieri.'

misellus 3 – arm

suffundo 3.,-fusi,-fusum – übergießen, benetzen

**pofoo muss ein Schreibfehler sein. Ich weiß nicht, welcher! Im engl Text steht: „...and her eyes filled with tears again as she went on...“**

nihilominus - nichtsdestoweniger, trotzdem (Adv.)

casula ae f. - Hütte

incommodus 3 - unangenehm, unbequem

lusoriae res - Spielsachen

sis=si vis

revenio 4.,reveni,reventum - zurückkommen

suspicio 3.,suspexi,suspectum - aufblicken, verdächtigen, beargwöhnen

iuvo 1.,iuvi,iutum - erfreuen, unterstützen, helfen, fördern

quisquis quaequae quidquid – wer auch immer

effundo 3.,effudi,effusum - ausgießen, ausschütten

deorsum (Adv.) abwärts

desuper - von oben (Adv.)

intueor 2., intuitus sum - hinschauen

admiratus 3- verwundert

Exsurrexit et ad mensam ivit, ut se ea metiretur. Quantum accurate coniectare poterat, ea nunc erat circiter duos pedes alta, et rapide usque minuebatur.

Mox repperit causae esse flabellum, quod teneret; et id properanter deiecit, antequam prorsus evanesceret.

'Aegre quidem id periculum effugii!' inquit Alicia, quae mutatione subita satis territa est, gaudebat tamen, quod adhuc exstabat.

'Nunc saltem ad hortum perveniam!'

Celerrime rursus cucurrit ad parvam ianuam. Sed infeliciter ianuam denuo clausam invenit, et parva clavis aurea ut antea in mensa vitrea sita est.

'Res difficilior est quam umquam antea,' sibi dixit puella misera, 'nam numquam prius tam parva eram quam nunc! Re vera non ferendum est!'

His verbis dictis pes eius vestigio lapsus est et statim mento tenus in aquam salsam immersa est. Primo putabat se aliquo modo in mare decidisse. 'Si ita est,' sibi inquit, 'via ferrata redire potero.'

(Alicia semel tantum litus marinum viserat: et inde opinionem habebat, ut putaret, quocumque in litore Angliae eas, reperiri aliquot tuguria balnearia in mari, pueros complures palis ligneis in arena fodientes, deinde tecta deversoria ordine disposita atque post ea stationem in via ferrata.)

exsurgo 3.,exsurrexi,exsurrectum - sich erheben, aufstehen

ivit = iit (Perf. von ire !)

metior 4., mensus sum – messen

accuratus 3 - sorgfältig

coniecto 1. vermuten

circiter - ungefähr (Adv.)

rapidus 3 - reißend, reißend schnell

mutatio onis,f - Veränderung

terreo 2.,terrui,territum - schrecken, erschrecken, abschrecken, einschüchtern

exsto 1.,exstiti,- - vorhanden sein, herausstehen, bestehen, existieren

denuo - von neuem, nochmals, erneut, wiederum (Adv.)

vestigium -i,n - Fußstapfe, Spur, Stelle

labor 3.,lapsus sum - gleiten

mentum -i,n - Kinn

tenus - bis, bis an, bis zu (Präp.)

immergo 3.,immersi,immersum - eintauchen, versenken

via ferrata - Eisenbahn  
 marinus 3 - Meeres-, Meer-, See-  
 opinio onis,f - Meinung, Vermutung, guter Ruf  
 Anglia ae f. - England  
 aliquot (Adj. indekl.)- einige, etliche  
 tugurium i n. – Hütte, Schuppen  
 balnearis e – Bade- (tiguria balnearia ist die Übersetzung von bathing machines)  
 palus -i,m - Pfahl, Schaufel  
 ligneus 3 - hölzern  
 fodio 3.,fodi,fossum - graben, stechen  
 deversorius 3 – zum Einkehren gehörig  
 statio stationis,f - Standort, Posten, Niederlassung, Wache, Wachtposten  
 Brevi tamen comperit se in stagno lacrimarum esse, quas fudisset, quo tempore novem pedes alta esset.  
 'Velim me non tantum lacrimavisse!' Alicia inquit, dum circum natat modumque egressus petit. 'Nunc igitur poenae mihi erit, ut meis ipsius lacrimis submergar!  
 Haud dubie id insolitum erit! At omnia hodie insolita sunt.'  
 Tunc vero aliquid audivit in stagno non procul aquam ictibus verberare. Propius ea natavit, ut comperiret, quid esset.  
 Primo putabat oportere esse phocam aut hippopotamum; sed reminiscens, quam parva ipsa nunc esset, percepit solum murem esse, qui simili modo atque ipsa in aquam inciderrat.  
 'Usuine esset' secum reputabat Alicia, 'cum hoc mure colloqui? Omnia hic infra tam mira sunt, ut veri simile mihi videatur eum scire loqui. Certe experiri nihil nocebit.'  
 Itaque loqui coepit: 'O mus, scisne, quomodo ex hoc stagno emergere possis? Sane quam taedet me hic circum natare, O mus!'  
 (Alicia putabat sic recte murem adloqui oportere. Nihil eiusmodi antea fecerat; sed meminerat se in fratris libro grammatico vidisse: 'Mus - muris - muri – murem - O mus!')  
 Mus satis curiose eam intuebatur; ei videbatur uno ex ocellis suis nictare, sed nihil dixit.  
 'Linguam meam fortasse non comprehendit' Alicia cogitabat. 'Sine dubio mus Gallicus est, qui in Angliam una cum Gulielmo Victore transvectus est.'  
 (Alicia enim, quamquam multa de rebus historicis cognoverat, non bene intellexit, quot annis abhinc res gestae essent.)  
 stagnum i n. – Wasser, See  
 circum - ringsum, ungefähr (Adv.)  
 nato 1. – schwimmen  
 egressus us m. - Ausgang  
 poena -ae,f - Strafe, Buße  
 submergo 3.,submersi,submersum - untertauchen, versenken  
 dubius 3 - zweifelhaft, ungewiss, unsicher, gefährlich  
 ictus -us,m - Stoß, Hieb, Stich, Einschlag, Takt, Taktschlag  
 verbero 1. - schlagen  
 propior propius - näher  
 phoca -ae,f - Seehund  
 hippopotamus -i,m – Flusspferd  
 percipio 3.,-cepi,-ceptum – wahrnehmen  
 mus muris m. - Maus  
 reminiscor 3.,recordatus sum - sich erinnern  
 experior 4.,expertus sum - versuchen, erproben, erfahren  
 adloquor 3.,adlocutus sum - anreden  
 alloqui,alloquor,allocutus sum - anreden, ansprechen  
 eiusmodi - derartig, so beschaffen, solch  
 grammaticus a um - grammatisch  
 curiosus 3 - neugierig, sorgfältig, pingelig  
 ocellus -i,m - Äuglein  
 nicto 1. – zwinkern, blinzeln  
 comprehendo 3.,-prehendi,-prehensum - fassen, erfassen, ergreifen, begreifen

dubium -i,n - Zweifel

una (Adv.) - zusammen, zusammen mit, zugleich

Gulielmus Victor – William the Conqueror

transvehor 3.,-vectus sum – hinüberfahren

res historicae - Geschichte

abhinc - von hier, von jetzt an, vor (Adv.)

Itaque loqui rursus coepit: 'Où est ma chatte?' Haec erant prima verba in libro Eius, quo linguam Gallicam in schola discebat.

Mus subito ex aqua saluit et totus metu tremere videbatur.

'Ei, ignosce mihi!' Alicia cito exclamavit, quod timebat, ne exiguum animal laesisset.

'Prorsus oblita sum te felibus non delectari.'

'Dicisne me felibus non delectari!' Mus voce acuta iracunde clamavit. 'Num te feles delectarent, si esses ego?'

'Fortasse vero me non delectarent,' inquit Alicia, voce blanda. 'Noli hoc irasci. Velim tamen me tibi felem nostram Dinam monstrare posse. Ut opinor, feles tibi voluptati sint, si modo eam videre possis.'

'Dulcis quidem et placida est,' Alicia paene immemor porro sibi dixit, dum in stagno segniter natat. 'Ad focum suaviter sedere solet, dum gaudio murmurat, pedesque lambit, osque lavat.'

'Dulcis et mollis est, quam foveas - et mures sollerter captat - ai, ignosce mihi,' iterum dixit Alicia. Nunc enim Mus prorsus horrebat; et ea pro certo habebat eum re vera irasci.

'Non amplius nos de Dina loquemur, si id potius habes.'

'Nosne quidem dicis?' Mus dixit, qui ad imam caudam contremiscebat. 'Num opinaris me quidem de tali re loqui velle? Gens nostra semper feles oderat; tam foedae sunt et abiectae et sordidae! Ne istud vocabulum iterum audiam!'

'Non vero id audies!' dixit Alicia, quae alias res disserere properavit. 'Amasne - diligisne canes?'

Mus nil respondit: itaque Alicia porro studiose dixit, 'In nostra vicinia est quidam parvulus dulcisque canis. Eum velim tibi monstrare. Parvus canis venaticus est, oculis claris longisque villis crispis et flavis! Et recuperare solet ea, quae proicias, et clunibus subsidens cibum petere et multa alia, quorum dimidium non recordor.'

'Agricolae cuiusdam est, qui affirmat eum propter utilitatem sibi sex milibus sestertium quotannis valere. Omnes enim mures interimit - vae mihi!' maeste inquit Alicia, 'vereor, ne eum denuo laeserim!'

lingua Gallica - Französisch

salio 4.,salui,- - springen

tremo 3.,tremui,- - zittern

ignosco 3.,ignovi,ignotum - Einsehen haben, verzeihen

exclamo 1. - ausrufen

exiguus 3 - klein, gering, unbedeutend

animal is,n - Tier, Lebewesen

acutus 3 - spitz, scharf, scharfsinnig

iracundus 3 - zornig

clamo 1. - schreien, rufen, laut rufen

blandus 3- schmeichelnd, schmeichelhaft, angenehm, reizend

irascor 3.,iratus sum - zornig werden, zürnen

placidus 3- ruhig, glatt, sanft, friedlich

paene - beinahe, fast (Adv.)

immemor is - nicht denkend an, uneingedenk, vergessend, vergesslich, ohne Erinnerung

segnis e – langsam, träge

focus i m. - Herd

murmuro 1. - murren, murmeln

lambo 3.,lambi,lambitum – (be)lecken

mollis e - weich, mild

foveo 2.,fovi,fotum - warmhalten, pflegen

sollers tis - kunstfertig, geschickt, klug

ai - ach  
 horreo 2.,horruī,- - schaudern, starren, zittern  
 nos quidem dicis = Übersetzung von "We, indeed!"  
 imus 3 - der unterste, der niedrigste  
 contremisco 3.,-tremui – erzittern, erbebe  
 abiectus 3 – niedrig, gemein, verächtlich  
 sordidus 3 – schmutzig  
 vicinia ae f. – Nachbarschaft, Nähe  
 canis venaticus – Jagdhund  
 villus i m. – zottiges Haar  
 crispus 3 – gekräuselt  
 flavus 3 – rötlichgelb, blond  
 recupero 1. – wieder bringen  
 proicio 3.,proieci,proiectum - hinwerfen  
 clunis is,f - Hinterbacke  
 dimidium -i,n - Hälfte  
 utilitas utilitatis,f - Nutzen, Vorteil  
 sestertia -orum,n - Sesterze  
 quotannis - alljährlich (Adv.)  
 interimo 3.,-emi,-emptum – wegschaffen, vernichten  
 Mus enim longe ab ea quam celerrime natabat et, ut ibat, stagnum agitabat. Itaque eum revocavit abeuntem: 'Care Mus! Fac, sis, revenias, et nihil aut de felibus aut de canibus colloquemur, si tibi non grati sunt!'  
 Hoc audito Mus reversus lente rursus ad eam natavit. Aliciae videbatur ira pallidus esse; voce suppressa et tremebunda dixit: 'Ad litus stagni eamus. Tum tibi omnia narrabo, quae expertus sum; et tu intelleges, cur feles et canes oderim.'  
 Confestim ire eos oportebat, nam stagnum satis stipatum fiebat volucribus et animalibus, quae inlapsa erant. Anas erat et Dodo et Psittacus et Aquila et alia compluria animalia rara. Alicia praeunte tota multitudo ad litus natavit.  
 gratus 3 - angenehm, dankbar, willkommen  
 pallidus 3 - blass  
 suppressa voce – mit leiser, gedämpfter Stimme  
 tremebundus 3 – zitternd  
 stipatus 3 - umgeben, umringt  
 volucris cris,f/m – Vogel  
 inlabor = illabor 3.,-lapsus sum – hineinfallen, hineinstürzen  
 anas anatis f. - Ente  
 Dodo – Übersetzung von „Dodo“. Keine Erklärung!  
 psittacus -i,m – Papagei  
 aquila ae f. - Adler  
 praeo,praeii,praeitum,praeire - vorangehen

### **CAPUT TERTIUM :CURSUS COMITALIS ET NARRATIO LONGA**

Inusitata vero specie caterva in litore congregata est; aves erant pennis incompositis, animalia pellibus corpori arte adhaerentibus; omnes plane madefacti erant et stomachosi et molestia adfecti.

Primum manifesto diiudicandum erat, quomodo sicci rursus fierent. Consultatum est de hoc: et brevi tempore minime mirum Aliciae videbatur cum eis familiariter colloqui, quasi totam vitam eos novisset.

Cum Psittaco quidem diu altercabatur; ille postremo morosus factus tantum dixit: 'Te maior natu sum; me ergo oportet rectius scire.'

Alicia dissentiebat, nisi sciret, quot annos ille natus esset. Et cum Psittacus plane recusavit, ne aetatem suam profiteretur, nihil diiudicari potuit.

Postremo Mus, qui apud eos aliquantum auctoritatis habere videbatur, exclamavit: 'Considite omnes, et auscultate me. Egomet brevi satis siccos vos faciam!'

Omnes statim magno circulo circum murem consederunt. Alicia sollicite eum intuebatur; nam pro certo habebat, nisi ipsa extemplo siccaretur, fore, ut frigore tentaretur.

inusitatus 3 - ungewohnt  
 caterva -ae,f - Schar, Haufe, Schwarm  
 congreco 1. - versammeln, vereinigen  
 incompositus 3 – unregelmäßig angeordnet (engl. „draggled“)  
 artus 3 - eng, fest  
 adhaereo 2.,adhaesi,adhaesum (b.Dat.) - angrenzen, an etwas hängen, haften  
 madefacio 3.,madefeci,madefactum - nass machen, benetzen, tränken  
 stomachosus 3 – voller Unmut, unwillig, empfindlich  
 molestia -ae,f - Last, Ärger, Verdruss  
 manifestus 3 - offenbar, handgreiflich überführt, erwiesen  
 diiudico 1. - entscheiden, unterscheiden  
 siccus 3 - trocken  
 consulto 1. - befragen, beratschlagen  
 familiaris e - häuslich, vertraut, bekannt, freundschaftlich  
 altercor 1. – diskutieren  
 morosus 3 – eigensinnig, pedantisch, launisch  
 profiteor 2.,professus sum - öffentlich bekennen, erklären, angeben  
 aliquantum (Adv.) - ziemlich viel, beträchtlich  
 egomet (Verst.) - ich  
 circulus -i,m - Kreis  
 sollicitus 3 - heftig erregt, besorgt, beunruhigt  
 sicco 1. - trocknen, trocken legen, austrocknen  
 frigus oris,n - Kälte, Frost, Schauer

'Ehem!' Mus graviter inquit, 'Estisne omnes parati? Omnium, quae novi, hoc est aridissimum. Omnes, si vultis, tacete! Gulielmo Victori, cuius consiliis Pontifex Romanus favebat, mox Angli se tradiderunt, quoniam ducibus carebant atque nuper occupationi et expugnationi adsueti erant. Eduinus et Morcarius, duces Merciae et Northumbriae'-

'Heu!' Psittacus tremore correptus dixit.

'Veniam peto,' inquit Mus, et frontem satis comiter contraxit. 'Aliquidne dixisti?'

'Non vero!' Psittacus cito respondit.

'Mihi certe videbaris loqui,' Mus inquit. 'Progrediar igitur. 'Eduinus et Morcarius, duces Merciae et Northumbriae, partes eius secuti sunt; etiamque Stigandus, archiepiscopus Cantuariae, patriae amantissimus, id idoneum esse existimavit'-

'Quid idoneum existimavit?' Anas inquit.

'Nempe id existimavit,' Mus stomachose respondit. 'Nonne scis, quid "id" significet?'

'Certo scio, quid "id" significet, cum ego aliquid invenio,' Anas inquit: 'Plerumque est rana aut vermis. At te rogo, quid archiepiscopus invenerit.'

Mus hoc negligens cito progressus est: 'Id idoneum existimavit, ut cum Edgardo, iuvene regio, obviam Gulielmo iret, ut illi regnum offerret. Primo Gulielmus temperate se gerebat. Sed arrogantia Normannorum'-

'Quomodo te nunc habes, puella? ' Mus porro dixit, dum se ad Aliciam convertit.

'Tam madida sum quam antea,' Alicia maeste dixit. 'Id me non omnino siccare videtur.'

'Censeo igitur' graviter inquit Dodo, cum exsurrexisset, 'ut concilium proferatur, praesentis assumptionis acriorum remediorum causa'-

'Lingua loquere populari!' Aquila inquit. 'Egomet nescio, quid illa verba longa significant; credo autem ne te quidem scire!'

Et Aquila, capite deflexo, risum celavit; aliquae autem aliarum avium ridentes audiebantur. Dodo subiratus inquit: 'In animo habebam dicere Cursum Comitalem nos facillime siccare posse.'

'Quid est Cursum Comitialis?' inquit Alicia. Non quidem avebat scire: Dodo tamen interstiterat, quasi quemvis loqui oportere putaret, nec quisquam alius, ut videbatur, quidquam diciturus erat.

Dodo inquit: 'Nempe agendo facillime explicatur.'

(Atque, si forte velis aliquando hieme ipse experiri, tibi dicam, quo modo Dodo cursum administraverit.)



Primo curriculum forma fere circulari metatum est. ('Formae accuratae non indiget,' inquit Dodo.) Inde animalia omnia spatiis relictis in curricula posita sunt.

ehem - (Interj.)

taceo 2., tacui, tacitum - schweigen, verschweigen

pontifex -ficus, m - Priester, Oberpriester; Pontifex Maximus – Papst

Angli orum m. - Engländer

occupatio onis, f - Besetzung, Beschäftigung

expugnatio onis f. - Eroberung

assuetus 3 - gewohnt, gewöhnlich

Eduinus - Edwin

Morcarius - Morcar

Mercia – Mercia

Northumbria - Northambria

veniam peto = I beg your pardon

tremor oris, m - Beben, Zittern

corripio 3., corripui, correptum - ergreifen, packen

partes partium, f - Partei, Rolle

Stigandus - Stigand

archiepiscopus i m. - Erzbischof

Cantuaria ae f. - Canterbury

rana -ae, f – Frosch

vermis is m. – Wurm

negligens = neglegens

iuvenis is m. - junger Mann, Jüngling

regius 3 - königlich

obviam - entgegen (Adv.)

arrogantia -ae, f - Anmaßung, Überheblichkeit

Normanni orum m. - Normannen

madidus 3 - nass, feucht

assumptio onis f. – Annahme, Billigung

profero, protuli, prolatum proferre - vorantragen, hervorbringen, hervorholen

remedium -i, n - Heilmittel, Mittel

popularis e - zum Volk gehörig, Volks- (Lingua loquere populari ist die Übers. von „Speak English!“)

capite deflexo – mit abgewandtem Haupt

risus -us, m - Lachen, Gelächter, Lächeln

celo 1. - verhehlen, verbergen

subiratus 3 – etwas zornig

Cursus Comitalis – engl. « caucus-race »

aveo 2. – verlangen

intersisto 3, -stiti – mitten innehalten

velum -i, n - Segel, Tuch

curriculum -i, n - Lauf, Rennbahn, Wettrennen, Wagenrennen

circularis e - kreisförmig

meto 1. - abstecken

indigeo 2., indigui, - - bedürfen, Mangel haben, brauchen, nötig haben, entbehren (b.Abl.)

accuratus 3 - genau

Signum nullum cursus ineuntis datum est. Omnes ex arbitrio suo currere coeperunt et desierunt: itaque difficile erat scire, quando cursus finitus esset. Cum tamen fere dimidium horae cucurrissent, rursusque sicci facti essent, Dodo subito clamavit: 'Cursus finitus est!' Omnes anhelantes eum stipabant, et rogabant 'Quisnam vicit?'

Ad respondendum Dodoni opus erat multa cogitatione; diu igitur stabat uno digito in frontem presso (quo gestu utentem poetam Hastivibracem depictum videre soleas).

Ceteri tacentes exspectabant. Denique Dodo dixit: 'Omnes vicerunt; et omnibus praemia donanda sunt.'

'Quis autem praemia donabit?' concordia vocum quaerebant.

'Illa sane,' inquit Dodo, dum digito Aliciam monstrat.

Caterva tota, circum eam congregata, confuse clamabant: 'Praemia! Praemia!'

Alicia ignara, quid facere deberet, desperanter manum suam in sinum vestis inseruit et cistellulam cuppediis plenam extraxit. (Aqua salsa feliciter in eam non permanerat.)

Haec praemiorum loco distribuit. Singulum cuique erat cuppedium.

'Sed ipsam praemium accipere oportet,' inquit Mus.

'Prorsus oportet,' Dodo serio affirmavit. 'Quid aliud in sinu habes?' inquit, dum se ad Aliciam convertit.

'Tegumen solum digiti,' Alicia maeste inquit.

'Id mihi trade!' inquit Dodo.

Deinde cuncti eam rursus stipaverunt et Dodo summa gravitate Aliciae tegumen digiti donavit. 'Obsecramus, ut hoc tegumen digiti venustum accipias.' Qua brevi oratione habita omnes acclamaverunt.

Quamquam absurdissimum Aliciae id videbatur, omnes vultu tam severo erant, ut ridere non auderet. Cum autem verba ei deficerent, solum capite demisso eos salutavit; et quam gravissime digiti tegumen accepit.

Deinde cuppedita edere coeperunt, non sine strepitu et tumultu; aves enim magnae querebantur se nullum saporem sentire, parvae autem tergo blande icto mulcendae erant.

quando - wann

hora -ae,f – Stunde

anhelo 1. – keuchen

stipo 1. - umdrängen

cogitatio onis,f - Denken, Gedanke, Erwägung, Überlegung

gestus -us,m - Gebärde

Hastivibrax cis m. -Shakespeare

depingo 3.,depinxi,depictum - abmalen, abbilden

praemium -i,n - Lohn, Belohnung

concors -rdis – einträchtig

confusus 3 - verwirrt, ungeordnet

desperanter (Adv.) – verzweifelt

aqua salsa - Salzwasser

loco (einem Genitiv nachgestellt) – anstatt, für, wie

tegumen digiti – Übers. für "thimble" – Fingerhut (besser wäre lt. Christian Helfers Lexicon auxiliare „digiti munimentum“)

gravitas atis,f - Schwere, Ernst, Würde

obsecro 1. - beschwören, dringend bitten, anflehen

venustus 3 - schön, anmutig, fein, lieblich

acclamo 1. - zurufen, zujubeln, bejubeln

absurdus 3 – widerwärtig, unpassend

deficio 3.,defeci,defectum - abfallen, ausgehen, fehlen

sapor saporis,m - Geschmack

tergum -i,n - Rücken

ico 3.,ici,ictum - schlagen, treffen

mulceo 2.,mulsi,mulsum – streicheln, besänftigen

Re tandem confecta circulo facto rursus consederunt et Murem oraverunt, ut quid amplius diceret. Promisisti vero te mihi historiam tuam narraturum esse,' inquit Alicia, 'et qua de causa F- et C- odisses.' In aurem Muris insusurravit, quod aliquantum timebat, ne eum denuo laederet.

Mus, dum suspirans ad Aliciam se convertit, dixit: 'Causa meorum animi affectuum longa et tristis est!'

Alicia non recte intellegens et caudam Muris mirata intuens, dixit: 'Cauda quidem tibi est longa; sed cur eam tristem esse dicis?'

Dum Mus loquitur, Alicia de hoc haerebat; itaque hoc fere putabat Murem narrare:

Nero musculo

inquit Olim,

obviam cui

fit, 'Ambo

causam

agamus;

Reum fac-

iam te. -  
 Mora non  
 est agenda;  
 Est lis  
 inferenda,  
 Nam hodie  
 sum oti-  
 osus  
 plane.'  
 Cani  
 reddidit  
 hic: 'Litem  
 agere sic  
 Sine iu-  
 dicibus  
 Sit inane  
 valde.'  
 'Solus  
 arbiter  
 ero! Ait  
 subdolos  
 Nero:  
 Rem  
 totam  
 ignoscam;  
 Morte  
 puniam  
 te.

historia -ae,f - Geschichte, Geschichtserzählung

insusurro 1. – zuflüstern

suspiro 1. – tief Atem holen

affectus -us,m - Gemütsverfassung, Stimmung, Zuneigung

Nero onis m. - Nero

musculus Olim – Mäuschen Jener

obviam fio - begegnen

causam ago – Prozess führen

reus i m. – Angeklagter; reum facio aliquem –jdn. Anklagen

lis litis,f - Streit, Zank, Prozess

infero,intuli,illatum,inferre - hineinbringen, hineintun, zufügen

arbiter –tri m. - Schiedsrichter

otium -i,n - Muße, Freizeit, freie Zeit (arbeitsfreie Zeit)

subdolos 3 – hinterlistig

ignosco 3,-novi,-notum – von etw. keine Kenntnis nehmen, verzeihen (entspricht nicht dem engl Text „I'll try the whole cause“!)

'Non animadvertis!' Mus Aliciae severe dixit. 'Quid cogitas? '

'Ignosce mihi,' Alicia submisce dixit: 'Nempe perveneras ad quintum flexum'

'Nondum quidem!' Mus acriter et iratissime dixit.

'Nodum!' inquit Alicia, quae cuilibet prodesse semper avebat. Studiose circumspexit. 'Sine me te adiuvarere ad nodum exsolvendum!'

'Minime vero!' inquit Mus. Surrexit et abscedere coepit. 'Me offendis, dum inepta eius modi dicis!'

'Te non consulto offendi! 'Alicia se excusavit. 'Sed tu vero facillime irasceris!'

Contra Mus tantummodo mussitabat.

'Fac, sis, revenias et narrationem conficias!' Alicia eum revocavit abeuntem.

Ceteri autem concordēs omnes clamaverunt: 'Fac, sis, revenias!' Sed Mus subiratus abnuī et paulo citius recessit.

'Dolendum est, quod manere noluit!' Psittacus suspiravit, simul ac Mus e conspectu abiit.

Cancer grandis femina occasione data filiae suae dixit: 'Filia mea, sic monita cave, ne umquam iracundia exardescas!'

'Quin taces, mamma!' Cancer iuvenis morose inquit. 'Ne ostrea quidem toleranter te ferre possit!'

'Velim me hic Dinam nostram habere!' Alicia clara voce meditans inquit. 'Ea mox Murem retro reducat!'

'Si mihi licet quaerere, quis est Dina?' inquit Psittacus.

Alicia, quae de fele domestica sua loqui semper avebat, properanter respondit.

'Dina est feles nostra. Peritius, quam credas, mures arripit; et gaudeas, si eam aucupari videas. Simul atque aviculam conspexit, eam vorare cupit!'

Haec verba animos omnium insigniter commoverunt. Aliquae ex avibus statim abscesserunt. Pica quaedam natu grandis amiculo se involvere coepit. 'Certo me oportet' inquit, 'domum redire; aer nocturnus halitui meo incommodat!'

Voce tremula Carduelis quaedam pullis clamavit: 'Venite mecum parvuli: tempus est, ut omnes cubitum eatis!'

Itaque varia simulantes omnes discesserunt. Alicia brevi sola relicta est.

'Me paenitet mentionem de Dina fecisse!' sibi maeste dixit. 'Nemini hic infra ea grata esse videtur; suavissimam tamen omnium felem eam esse existimo! O Dina cara, miror, num te umquam dehinc visura sim!'

Deinde misera Alicia lacrimare rursus coepit: admodum enim solitaria et tristis sibi esse videbatur.

Sed paulo post levem pedum crepitum procul iterum audivit. Spe arrecta circumspexit; haud enim sciebat, an Mus consilio mutato rediret, ut narrationem perficeret.

submissa voce – mit gedämpfter, leiser Stimme

quintus 3 - der fünfte

flexus us m. – Kurve

nodus i m. – Knoten

quilibet quaelibet quidlibet - jeder Beliebige

sine Imperativ von sinere

exsolvo 3., exsolvi, exsolutum – (er)lösen

abscedo 3., abscessi, abscessum - weggehen, fortgehen

ineptus 3 – unbrauchbar, töricht, albern

consulto - mit Absicht, überlegt (Adv.)

excuso 1. – entschuldigen

tantummodo – nur

narratio onis f. - Erzählung

abnuo 3., abnuī, - - ablehnen

cancer grandis femina – betagte Krebsfrau (im Engl. nur „an old Crab“!)

iracundia -ae, f - Jähzorn

exardesco 3., exarsi, - - entbrennen, heftig ergriffen werden

mamma -ae, f - Brust, Mutter

ostreum i n. - Auster

retro (Adv.)- rückwärts, zurück, vorher

licet 2., licuit (mst.unpers.) - erlaubt sein, möglich sein, dürfen

domesticus 3 - häuslich, zum Haus gehörend, einheimisch; felis domestica – Hauskatze

aucupor 1. – Jagd machen auf Vögel

avicula -ae, f – Vögelchen

simul atque = simulatque - sobald

voro 1. - verschlingen, gierig fressen

insignis e – auffallend

pica -ae, f - Elster

amiculum i n. - Mantel

involvero 3., involvi, involutum - verwickeln, einwickeln, umwickeln

nocturnus 3 - nächtlich  
 halitus us m. – Hauch, Wind  
 incommodo 1. – lästig sein  
 tremulus 3 – zitternd  
 carduelis is f. - Stieglitz  
 pullus -i,m - Huhn, Hühnchen, Junges, junges Tier  
 cubo 1.,cubui,cubitum – liegen; cubitum ire – schlafen gehen  
 paenitet 2.,paenituit me – ich bereue es  
 mentio onis,f – Erwähnung  
 dehinc (Adv.) von hier aus; von jetzt an  
 admodum (Adv.)- ganz, ziemlich, sehr  
 solitarius 3 - einsam  
 arrigo 3., -rexi,-rectum - aufrichten

### **CAPUT QUARTUM: CUNICULUS INDICEM IMMITTIT**

Cuniculus albus erat, qui gradu citato reveniens sollicite circumspectabat, quasi aliquid amisisset.

Alicia eum sibi mussitantem audivit: 'Ducissa! O Ducissa! Per meos pedes! Per villos setasque meas! Me carnifici tradet. Quod viverrae sunt viverrae, non magis constat. Miror, ubi ea de manibus emiserim.'

Alicia cito coniectavit eum flabellum et manicas candidas quaerere. Ea circa inquirere comiter coepit; sed non in conspectu erant. Postquam in stagno natabat, omnia mutata esse visa sunt. Atrium magnum, mensa vitrea, ianua parva plane evanuerant.

Cuniculus Aliciam circa quaerentem mox conspicatus ei irate clamavit: 'Dic, Mariana, quid hic foris agas? Confestim curre domum et mihi apporta par manicarum et flabellum! Abi celeriter!'

Tam territa erat Alicia, ut statim in eam partem fugeret, quo digito monstravit; neque indicare conata est eum erravisse.

'Me esse ancillam suam putabat,' sibi dixit, dum inde currit. 'Valde mirabitur, cum cognoverit, quis sim! Sed me oportet ad eum flabellum et manicas apportare – si saltem ea invenire potero.'

Dum haec dicit, ad casulam mundam venit; in ianua erat lamina ex aere fulgida, in qua nomen 'A. Cuniculus' incisum est.

carnifex carnificis,m – Henker  
 viverra ae f. - Frettchen  
 emitto 3.,emisi,emissum - herauslassen, fallen lassen, hinauslassen  
 circa - um, um...herum, rings um (Präp. b.Akk.)  
 inquirō 3.,inquisivi,inquisitum - untersuchen, nachforschen  
 postquam + Ind.Impf. – seit(dem)  
 Mariana – Mary Ann  
 par paris m. – ein Paar  
 indico 1. - anzeigen, verraten, anzeigen  
 ancilla -ae,f - Sklavin, Magd  
 mundus 3 - sauber  
 lamina ae f. – Platte, Blech, Brett  
 fulgidus 3 - glänzend

Fores non pulsavit, sed intravit et scalas celeriter ascendit. Metuit enim, ne verae Mariae obviam fieret domoque ante expelleretur, quam flabellum et manicas reperire posset.

'Quam insolitum esse videtur,' Alicia sibi dixit, 'ut mandata Cuniculi efficiam! Sine dubio Dina mandata mihi mox dabit!'

Animo fingere coepit, qualia eventura essent.

'Alicia mea! Huc veni statim et para te ad deambulandum!'

'Iam veniam, nutrix! Sed hoc muris cavum mihi custodiendum est, ne mus effugiat.'

Et porro sibi dixit: 'Vix tamen Dinae liceat, ut intra domum versetur, si ea hominibus mandata sic det!'

Iam in cubiculum mundum penetraverat. Hic mensa erat prope fenestram atque in ea flabellum et aliquot paria manicarum haedina aluta factarum erant. Flabellum et par manicarum sustulit et, cum in eo esset, ut e cubiculo discederet, ampullam parvam prope speculum sitam conspicata est. In ea non erat titulus verbis 'HAURI ME' inscriptis; obturamento tamen detracto Alicia ampullae labra admovit.

metuo,metui,- - fürchten, befürchten

huc (Adv.)- hierher

deambulo 1. - spazierengehen

nutrix cis,f – Amme

intra - innerhalb (Präp. b. Akk.)

versor 1. – sich aufhalten

cubiculum -i,n - Schlafräum, Schlafzimmer, Kammer

fenestra -ae,f - Fenster

speculum -i,n – Spiegel

obturamentum i n. - Stöpsel

labrum -i,n - Rand, Lippe

admoveo 2.,admovi,admotum - heranbewegen, näher rücken

'Certe scio fore, ut quidpiam miri accidat, quotiens aliquid edam aut bibam,' sibi dixit.

'Itaque experiar, quid haec ampulla effectura sit. Spero eam me rursus magnam esse facturam; prorsus me taedet tam parvulam et exiguam esse!'

Hoc profecto ampulla perfecit citius quidem, quam sperabat. Priusquam ampullae dimidiam partem exhauriret, caput eius in lacunar pressum est. Necesse ei erat se inclinare, ne cervix frangeretur. Ampullam cito deposuit. Sibi dixit: 'Id vero satis est. Ut spero, non amplius crescam. Ut nunc est, per ianuam egredi non possum. Certe volo me non tantum bibisse!'

Heu! Serius ei erat, quam ut hoc vellet! Usque crescebat; et mox ei necesse erat genibus in solo niti. Brevi etiam spatium deerat, ubi hoc faceret; itaque altero cubito contra ianuam presso, altero post caput suum flexo recumbere tentavit. Nihilo minus usque et usque crescebat; ad extremum brachium per fenestram et pedem sursum in caminum extendit. Sibi dixit: 'Quidquid accidat, nihil amplius iam facere possum. Quid me fiet?'

Alicia fortuna secunda utebatur, nam ampulla magica non plus potuit, et Aliciam nihilo maiorem fecit. Molesta tamen et incommoda res erat; et, quod maxime probabile esse videbatur eam numquam e cubiculo excessuram esse, eo necessario maesta erat.

'Domi res multo iucundius se habebant,' misera Alicia secum reputabat, 'tum enim non continuo maior aut minor fiebam, neque mures et cuniculi mihi mandata dabant.'

'Paene me paenitet in cuniculi cavum descendisse. Sed tamen ratio huius infra vitae satis inusitata est. Quantum miror, quidnam mihi re vera accidant!'

'Quotiens fabellas de rebus magicis legere solebam, res eius generis numquam evenire putabam. Nunc tamen talis fabellae particeps sum.'

'Librum vero oportet aliquem de me scribere! Et cum adolevero, librum ipsa scribam - sed iam adulta sum,' maeste dixit; 'spatium nullum saltem hic est, ubi amplius crescam.'

'Eritne autem,' Alicia meditabatur, 'ut numquam grandior natu fiam? Quodam modo id mihi solatio erit, quod numquam anus ero; sed contra semper discipula ero. Id quidem mihi non gratum sit!'

quispiam,quidpiam – irgendeiner,irgendetwas

perficio 3.,perfeci,perfectum - durchsetzen, vollenden

lacunar ris,n - getäfelte Decke

inclino 1. - ins Wanken kommen, weichen

genu us n. – Knie

solum l n. – Boden

cubitus i m. - Ellbogen

recumbo 3.,recubui,recubitum - sich niederlegen, zurücksinken, herabsinken

brachium i n. – (Unter)arm

caminum i n. - Kamin

extendo 3.,extendi,extentum - ausdehnen, ausbreiten, ausstrecken

Quid me fiet? – What will become of me?

magicus 3 - magisch, Zauber-

probabilis e - tauglich, gut

excedo 3., excessi, excessum - hinausgehen, herausgehen, verlassen, entschwinden

necessario (Adv.) – notgedrungen

quidnam – was denn

fabella -ae, f - kleine Erzählung, Fabel, Märchen

particeps participis - teilhaftig, beteiligt an

adolesco 3., adolevi, adultum - heranwachsen

solatio onis f. - Trost

anus -us, f - alte Frau, altes Weib

discipula ae f. - Schülerin

Sic sibi respondit: 'Stultissima Alicia! Quomodo hic quidpiam discere possis? Tibi ipsi vix satis spatii est, neque quidquam loci omnino libris ad discendum aptis!'

Itaque secum in utramque partem invicem disputabat, ut colloquium satis longum haberet'. Sed paulo postea aliquem foris loquentem audivit. Secum disceptare destitit, quo melius audiret.

'Mariana! Mariana!' vox inquit. 'Manicas huc extemplo apporta!' Deinde in scalis audiebatur levis pedum crepitus.

Alicia pro certo habebat Cuniculum ad eam quaerendam venire. Tanto tremore adfecta est, ut domum quateret. Omnino oblita est se nunc milies maiorem Cuniculo esse, et eum ergo timere non debere. Mox Cuniculus ad ianuam accessit et eam aperire conatus est. Sed aperiri non potuit, quod intro patefacienda erat et contra eam Aliciae cubitum firme premebatur. Alicia Cuniculum sibi dicentem audivit: 'Circumibo igitur et per fenestram intrabo.'

'Immo vero non intrabis!' Alicia secum reputabat. Quiescebat, donec Cuniculum sub ipsa fenestra audire visa est; tum subito manu sua extenta aerem arripuit. Nihil quidem captavit; sed ululatum et ruinae strepitum et fragorem vitri confracti audivit. Inde coniectavit accidere potuisse, ut Cuniculus in plantarum saeptum vitro cancellisque opertum incidisset. Deinde voce irata Cuniculus clamavit: 'Maeci, Maeci, ubi es?' Tum quispiam, quem Alicia numquam antea audiverat, dixit: 'Hic profecto sum! Mala effodio, domine!'

'Mala scilicet effodis!' Cuniculus iracunde dixit. 'Veni huc et exsolve me hinc!'

(Iterum fragor vitri confracti sonabat.)

'Dic mihi, Maeci; quid est id, quod in fenestra vides?'

'Nempe brachium est, domine!' (Verbum locutus est 'brachium'.)

'Brachiumne dicis, stulte? Quis umquam brachium tanta magnitudine vidit?'

Fenestram vero totam complet!'

'Profecto eam **complet**, domine; sed tamen brachium est!'

'Ibi sane non esse debet; abi igitur et id aufer!'

Deinde post longum silentium Alicia modo susurros nonnumquam audiebat.

'Id prorsus omnino mihi displicet, domine!'

'Fac id, quod te iubeo, ignave!'

invicem (Adv.)- abwechselnd, wechselweise, gegenseitig, untereinander

disputo 1. - erörtern, diskutieren, auseinander setzen, für und wider sprechen

discepto 1. - erörtern, debattieren, entscheiden, schlichten

quatio 3., quassi, quassum - schütteln

intro - hinein (Adv.)

patefacio 3., patefeci, patefactum - öffnen, bekanntmachen

circumeo, -ii, -itum, circumire – herumgehen

quiesco 3., quievi, quietum – ruhen

extentus 3 - ausgestreckt

ululatus -us, m - Heulen, Geheul, Jammern, Geschrei

ruina -ae, f - Sturz, Einsturz, Untergang, Verwüstung

strepitus us m. – Lärm, Rauschen, Klirren

fragor oris, m - Krachen, Knal, Getöse

vitrium, n - Glas, Glasgeschirr

confringo 3., confregi, confractum - etwas zerbrechen

planta -ae, f - Pflanze, Setzling

saeptum -i, n - Zaun, Einfriedung

cancelli orum m. - Gitter, Einzäunung

operio 4., operui, opertum - bedecken, verbergen, verschließen

Maeci – wohl Vokativ zu Maecius ist die Entsprechung von engl. „Pat“!?

effodio 3., effodi, effossum – ausgraben

malum i n. - Apfel

scilicet (Adv.) - offenbar, selbstverständlich, natürlich, nämlich

compleo 2., complevi, completum - füllen, anfüllen, erfüllen

aufero, abstuli, ablatum, auferre - wegtragen, wegnehmen, wegbringen, entfernen, rauben

nonnumquam (Adv.) - bisweilen, manchmal

susurrus i m. – Zischeln, Säuseln

displiceo 2., displicui, displicitum - missfallen, nicht behagen

Postremo Alicia manum suam iterum extendit et iterum aerem arripuit. Tum vero duo ululatus editi sunt et novus vitri confracti sonitus.

'Multa quidem saepta vitrea esse oportet,' secum reputabat Alicia. 'Miror, quid deinde in animo facere habeant. Quantum ad hoc attinet, ut me e fenestra detrahant, valde velim id fieri posse! Nolo quidem hic intra diutius manere!'

Aliquamdiu opperta nihil amplius audivit. Tum denique strepitum plaustri rotularum atque voces plurimas colloquentium audivit. Et colloquium fere sic habebatur:

'Ubi sunt scalae alterae?'

'At scalas singulas modo ferre iussus sum. Alteras Gaius habet. Gai! Huc eas apporta, puer!'

'Eas hic prope angulum attollite! Immo eas prius colligate - nondum satis alte dimidio porriguntur.'

'Immo vero satis apte positae sunt - ne nimis accurate egeris!'

'Em, Gai! Prende hunc funem!'

'Tectumne onus sustinebit?'

'Cavete illam tegulam laxam! Ai, disiungitur! Cavete, vos infra!' (Fragor magnus auditus est.)

'Quisnam id fecit?'

'Gaius, opinor, erat!'

'Quis de tecto in caminum descendat?'

'Non ego quidem! Tu descende!'

'Egomet nolo! Gaium descendere oportet. Audi, Gai! Vilicus te iubet in caminum descendere!'

sonitus -us, m - Schall, Laut, Geräusch

attineo, attinui, - - aufhalten, festhalten, sich erstrecken; Quantum ad hoc attinet – Was das anbelangt

opperior 4., oppertus sum - warten, erwarten

plaustrum -i, n - Lastwagen, Lastkarren, Karren, Fahrzeug, Wagen

rotula ae f. – Rädchen

Gaius ist im Original „Bill“

angulus i m. – Ecke

attollo 3. - aufrichten

colligo 1. - zusammenbinden, zusammenfügen

porrigo 3., -rexi, -rectum – ausstrecken; Passiv: sich erstrecken, sich ausdehnen

dimidium i n. – Hälfte; dimidio (Abl.) – um die Hälfte

prendo 3., preendi, prensus - fassen, ergreifen, fangen

funis funis, m - Seil

tegula -ae, f - Ziegel, Dachziegel

laxus 3 - schlaff, ausgetreten

disiungo 3., disiunxi, disiunctum - trennen

caveo 2., cavi, cautum - Acht geben, sich hüten, sich in Acht nehmen

vilicus i m. - Verwalter



Alicia sibi dixit: 'Itane est? Gaium igitur descendere oportet! Flagitare videntur, ut Gaius omnia efficiat! Minime velim Gai onera suscipere; hic caminus vero angustus est, sed puto me calce ictum dare posse!'

Pedem suum deorsum, quantum poterat, detraxit; deinde opperiebatur usque eo, donec animal exiguum cuiuspiam generis prope se supra radere insciteque descendere audivit.

'Gaius est,' inquit Alicia. Semel acriter calcitravit; deinde exspectavit, dum aliquid accideret.

Primum voces universas clamare audivit: 'Ecce Gaius!' Tum Cuniculus solus clamavit: 'Comprende eum, tu prope saepem!'

Deinde silentium fuit; tum multae voces confuse dixerunt: 'Caput eius tollite - nunc vinum ei date - nolite eum suffocare - quid tibi fuit, o bone? Quid tibi accidit? Explica nobis omnia!'

Postremo infirma et stridens vox audita est ('Gaius est,' inquit Alicia). 'Vix quidem scio - Benigne; id satis est. Melius nunc valeo - sed animo multo magis agitated sum, quam ut vobis dicam - solum scio me velut catapultam propulsum esse et seorsum velut facem caelestem emissum esse!'

'Ita vero erat, amice!' ceteri dixerunt.

'Domus incendenda est!' Cuniculus inquit. Alicia quam maxima voce clamavit: 'Si id fiet, Dinam immittam, ut vos adoriatur!'

Statim ubique silentium fuit. Alicia secum reputabat: 'Miror, quid re vera dehinc facturi sint. Si saperent, tectum auferrent.'

Paulo post animalia rursus passim moveri coeperunt. Cuniculus dixit: 'Vehes principio satis erit.'

'Cuius rei vehes?' Alicia sibi dixit.

flagito 1. - fordern, dringend fordern

angustus 3 - eng, knapp, misslich

calx calcis, f - Huf, Ferse, Fußtritt

ictus us m. - Schlag, Stoß

rado, rasi, rasum - kratzen, schaben

inscite (Adv.) ungeschickt, plump

calcitro 1. - hinten ausschlagen

universi ae a - alle

comprendo 3., -prendi, -presum - (er)fassen

saepes is, f - Zaun, Umzäunung, Gehege

suffoco 1. - erwürgen

infirmus 3 - schwach, kraftlos, geschwächt

strideo 2., stridi - pfeifen

catapulta ae f. - Wurfmaschine

propello 3., propuli, propulsum - vorwärtstreiben, antreiben, verjagen

fax facis, f - Fackel, Flamme

immitto 3., immisi, immisum - hineinlassen, hereinlassen, loslassen, verursachen

adorior 4., adortus sum - angreifen

sapio 3., sapii, - - schmecken, verständig sein, vernünftig sein, Geschmack haben

vehes is f. - Fuhre

principium -i, n - Anfang, Grundlage

reus -i, m - der Angeklagte, Angeklagter, Beklagter

Brevi autem certior facta est: nam statim imber lapillorum in fenestram infusus est, quorum nonnulli os eius percusserunt.

'Huic rei finem faciam!' sibi dixit. 'Vos paenitebit, si id iterum facietis!' clamavit.

Denuo silentium ubique fuit. Alicia admirata animadvertit omnes lapillos in solo iacentes in placentas parvulas mutari. Propositum sagax ei in mentem occurrit.

'Si unam ex his placentis edam,' ea reputabat, 'certe meam altitudinem mutabit. Et cum maiorem me facere non possit, me minorem, opinor, facere debet.'

Itaque una ex placentis devorata ea cum gaudio invenit se statim deminui incipere. Cum primum satis parva facta est, ut per ianuam transire posset, e domo cucurrit. Catervam

animalium parvorum et avium foris opperiri invenit. Misellus Gaius, qui stellio erat, duobus leporibus fultus, in medio erat. Ei aliquid de ampulla dabant. Simul atque Alicia e domo effugit, omnes effuse ad eam accurrerunt. Alicia quam citissime se recepit; mox incolumis in silva densa substitit.

'Primum me oportet,' sibi dixit Alicia, dum in silva pervagatur, 'in rectam amplitudinem crescere. Deinde in illum hortum amoenum penetrare debeo. Sic optime me esse facturam puto.'

Consilium quidem optimum et simpliciter constitutum esse videbatur. Non tamen omnino percepit, quomodo initium facere deberet. Dum omnia inter arbores scrutatur, latratum acrem super caput suum audivit. Citissime igitur suspexit. Catulus immanis erat, qui oculis magnis et rotundis desuper eam despiciebat, et uno pede molliter porrecto eam tangere conabatur.

'Misellum catulum!' Alicia blande dixit. Eum sibilo advocare tentavit. Simul autem maxime timebat, ne fame adactus forte se comederet, quamvis maxime ei blandiretur.

infundo 3., infudi, infusum - hineingießen, eingießen, vollgießen

lapillus i m. - Steinchen

iaceo 2., iacui, - - liegen, daliegen

propositum -i, n - Plan, Vorsatz

sagax acis - klug

deminuo 3., deminui, deminutum - mindern, vermindern

stellio onis m. - Gecko

lepus leporis, m - Hase

fulcio 4., fulsi, fultum - stützen

effusus 3 - zerstreut, unordentlich

accurro 3., accurre, accursum - herbeieilen

densus 3 - dicht

subsisto 3., substi, - - Halt machen, standhalten

pervagor 1. - durchstreifen

amplitudo inis, f - Weite, Größe, Ansehen

scrutor 1. - untersuchen

latratus us m. - Bellen

catulus i m. - Hündchen

immanis e - ungeheuerlich, entsetzlich, riesig

rotundus 3 - rund

catulus -i, m - Junges, Hündchen, Kätzchen

sibilus i m. - Pfeifen

advoco 1. - herbeirufen

adigo 3., adegi, adactum - heranzuführen, herantreiben, drängen, veranlassen

comedo 3., comedi, comesum - verzehren

blandior 4. - schmeicheln

Paene necopinans ramulum humo sustulit et catulo praebuit. Catulus gannitu laeto omnibus simul pedibus statim in aerem saluit; ramulum cupide appetivit seque eum vexare simulavit. Alicia, ne conculcetur, post carduum magnum refugit. Simul atque ultra carduum apparuit, catulus ramulum iterum appetivit. Per caput pedesque volutatus eum arripere festinavit. Alicia sibi videbatur velut ludum cum caballo facere. Ne forte sub pedibus eius opprimeretur, circum carduum iterum cucurrit. Deinde catulus impetus complures in ramulum faciebat. Quotiens irruebat, prorsum parvum, rursus longum spatium currebat. Et semper rauce latrabat. Denique procul residit; anhelabat et de ore lingua pendeat et oculi eius magni semiaperti erant.

Haec Aliciae visa est occasio idonea effugiendi esse; statimque profecta usque currebat, dum defessa et exanimata fuit, latratusque catuli procul vix audiri potuit.

'Quam lepidus tamen catulus fuit!' inquit Alicia. Culmo ranunculi innixa est et folio eius pro flabello usa est.

'Iucundum mihi fuisset eum astutias docere, - si modo proceritate apta essem.'

'Vae, paene oblita sum me oportere recrescere. At quomodo id effici potest? Sine dubio aut edere aut bibere quidpiam debeo. Sed quid edam aut bibam? Id scire maximi momenti est.'

Maximi vero momenti erat. Alicia flores et herbam circumspexit; sed nihil videre potuit, quod impraesentiarum idoneum ad edendum aut bibendum erat. Boletus magnus erat prope eam situs, aequae atque ea altus. Subter eum et utrimque et pone eum spectavit; tum ei occurrit operae pretium esse summum boletum etiam inspicere. In digitos erecta constitit et supra oram boleti intuita est. Ibi protinus conspexit magnam erucam caeruleam, brachiis compressis, in summo boleto sedentem.

Fumum tabaci ex tubulo longo placide exsugebat; et curae prorsus habebat neque Aliciam neque aliud quidquam.

necopinans ntis - unvermutet, ahnunglos

ramulus i m. Zweiglein

humo – vom Boden

gannitus -us,m - Gebell, Gekläff

appeto 3.,appetivi,appetitur - erstreben, begehren

conculco 1. – zusammenstampfen, verachten

carduus i m. - Distel

refugio 3.,refugi,refugitum - fliehen, zurückfliehen, zurückweichen, entfliehen

volutor 1. – sich wälzen

caballus -i,m - Pferd

irruo 3.,irruui,- - hineinstürzen, hineinbrechen

rursum - wieder (Adv.)

raucus 3 - heiser

resido 3.,resedi,resessum - sich setzen, sich legen, sich niederlassen, sich zurückziehen

semiapertus 3 – halbgeöffnet

defessus 3 - erschöpft

exanimatus 3- entseelt, entsetzt, atemlos

lepidus 3 – niedlich

culmus i m. - Halm

ranunculus i m. – Fröschlein; Hahnenfuß

innitor 3.,innixus sum - sich stützen auf (b. Abl.)

folium -i,n - Blatt

astutia -ae,f - Schlauheit, Verschlagenheit

proceritas atis f. - Länge

recresco 3.,-crevi,-cretum - wieder wachsen

herba -ae,f - Gras, Kraut

impraesentiarum – bei der gegenwärtigen Lage

boletus i m. – Champignon

subter + Akk. - unter

utrimque - auf beiden Seiten (Adv.)

pone - hinten, hinter (Adv.)

specto 1. - schauen, betrachten, sehen, beabsichtigen

erigo 3.,erexi,erectum - aufrichten, ermutigen; in digitos erectus – auf Zehenspitzen

eruca ae f. - Raupe

caeruleus 3 - himmelblau

tabacum i n. Tabak

tubulus i m. – kleine Röhre

exsugo 3., .suxi,-suctum - aussaugen

### **CAPUT QUINTUM: QUOD ERUCA SUASIT**

Diu silentio Eruca et Alicia inter se intuebantur. Eruca tandem tubulo tabaci de ore extracto voce languida et semisomna eam adlocuta est.

'Quis es tu?' Eruca inquit.

Hoc dictum non magno stimulo erat ad sermonem incipiendum.

Alicia verecunde respondit: 'Id quidem in praesenti vix scio, domine. Scio saltem, quis fuerim, cum hodie mane surrexi. Sed ex eo tempore mihi videor compluries esse mutata.'

'Quid illo significas?' Eruca severe dixit. 'Expedi sententiam tuam!'

'Vereor, domine, ut meam ipsius sententiam expedire possim,' inquit Alicia, 'quod videlicet ipsa non sum ego.'

'Non video,' Eruca dixit.

'Timeo, ut melius id explicare possim,' Alicia comiter respondit, 'nam praesertim id ipsa non intellego. Et tantum uno die magnitudine variare animum perturbat.'

'Minime vero,' inquit Eruca.

'Tibi fortasse nondum hoc usui venit,' inquit Alicia, 'sed cum in chrysallidem mutata eris (quod aliquando scilicet fiet), deinde postea in papilionem, nonne tibi satis mirum videbitur?'

'Minime hercle vero,' inquit Eruca.

'Forsitan sensus tui non eidem sint,' Alicia dixit. 'Quod ad me attinet, mihi maxime mirum videatur.'

'Tibi quidem!' Eruca fastidiose dixit. 'Quis tu es?'

Sic sermo eis ab integro renovatus est. Molestius Aliciae erat, quod Eruca tam compressae loquebatur; itaque fastidiose voce severa dixit: 'Puto te primam dicere debere, quis tu sis.'

'Quam ob rem?' dixit Eruca.

Hic etiam Alicia haerebat. Cum ea causam idoneam praebere non posset atque Eruca mente ingrattissima esse videretur, discedere coepit.

'Reveni huc!' Eruca eam revocavit abeuntem. 'Aliquid volo dicere, quod magni momenti est!'

Hoc saltem spem Aliciae excitavit. Reversa igitur rediit.

'Ne irata sis!' Eruca dixit.

'Idne est omne, quod dicere vis?' inquit Alicia; iracundiam suam, quantum poterat, cohibuit.

'Non est,' inquit Eruca.

Alicia exspectare constituit; nihil enim aliud ei erat, quod faceret, et Erucam aliquid dicturam esse sperabat, quod audire opus esset. Aliquamdiu silentio fumum exsugebat Eruca. Denique brachiis solutis tubulum rursus ore detraxit.

'Putasne ergo te mutatam esse?' inquit.

'Vereor, ne ita sit, domine!' inquit Alicia. 'Reminisci non possum, quae solebam; et iterum atque iterum fio aut maior aut minor.'

'Quae reminisci non potes?' dixit Eruca.

'Iam conata sum "Ut Apicula Industria" recitare, sed verba omnia aliter evenerunt, quam volui,' Alicia voce tristi respondit.

'Pronuntia "Grandis es aevo, pater Gulielme",' Eruca dixit.

Alicia manibus compressibus recitare coepit:

silentio - stillschweigend (Adv.)

languidus 3 - schlaff, matt

semisomnus 3 - halbschlafend

stimulus -i,m - Stachel, Ansporn, Antrieb

compluries (Adv.) - mehrmals

expedio 4. - frei machen, befreien, freigeben, freilassen, bereitmachen

videlicet - offenbar, selbstverständlich, natürlich, nämlich (Adv.)

praesertim - zumal, vor allem, besonders (Adv.)

vario 1. -verändern

chrysallis idis f. - Schmetterlingspuppe

papilio onis,m - Schmetterling

hercle (Interj.) - beim Hercules, bei Gott!

fastidiosus 3 - voll Ekel,

compressae (Adv.) - gedrängt, eifrig

integer gra um - rein, anständig, unversehrt

renovo,renovavi,renovatum - erneuern

ingratus 3 - unangenehm, undankbar

fumus -i,m - Rauch, Dampf  
 solutus 3 - ungebunden, locker  
 industrius 3 - fleißig, eifrig (Engl. Titel „How doth the little busy bee“)  
 aevum -i,n - lange Dauer, Ewigkeit, Alter, Zeitalter

'Grandis es atque senex, pater, aevo,' filius inquit,  
 'Crinibus es canis; et caput est niveum.  
 Atqui stare soles capite infra saepe reverso;  
 Prave nonne facis, tam quia tute senex?'  
 Respondit pater haec nato: 'Iuvenis metuebam,  
 Ne cerebri noxam munera susciperent;  
 Sed postquam mihi certum est esse nihil cerebella,  
 Hoc iterum atque iterum multimodis facio.'  
 'Tu grandaevus re vera es,' iuvenis repetivit,  
 'Pingue saginatus fis et obesus adhuc;  
 At pedibus superis retro in portam saluisti -  
 Dic, hoc insolitum quid modo significat?'  
 Canitiem quatiens dedit inde sagacia dicta:  
 'A puero articulos flexibiles teneo,  
 Nardo hoc permulcens (pretio cistellula venit  
 Denari); sine me vendere nunc aliquas.'  
 'Debilibus maxillis atque senilibus,' inquit,  
 'Sebum mandere quis, nilque magis rigidum.  
 Sed tamen anseris ossa vorasti non sine rostro;  
 Omnia mandisti. Quomodo tale potes?'  
 Reddidit haec pater: 'Ad legum studium puer ivi;  
 Res cum matre tua semper adhuc agito.  
 Inde valens malis factus nervosque ego adeptus  
 Vim sermonis eam perpetuo tenui.'  
 Te insuper aevo grandem,' postibi sic adulescens,  
 'Aeque nunc oculis quis reputet stabilem?'  
 At naso extremo rectam anguillam tenuisti.  
 Vero habilissimus es; solvere remne potes?'  
 'Ter responsa dedi nunc, a te terna rogatus;  
 Praesta plus decoris;' sic pater. 'Id satis est.  
 Mene opus est nugas has continuo tolerare?  
 I cito; nam si non, plurima damna dabo!'

niveus 3 – (schnee)weiß  
 atqui - und doch, aber doch, nun aber, dagegen (Kj.)  
 capite reverso – auf dem Kopf stehend  
 pravus 3 - verkehrt, schlecht  
 tute - du (verst. tu)  
 natus i m. - Sohn  
 cerebrum -i,n - Hirn, Gehirn, Kopf  
 noxa -ae,f - Schaden, Vergehen  
 munus eris,n - Aufgabe, Amt, Geschenk  
 cerebellum i n. – kl. Gehirn  
 multimodis – auf vielerlei Art  
 grandaevus 3 – hoch bejahrt  
 pingue is,n - Fett  
 sagino 1. – mästen  
 obesus 3 – dick  
 superus 3 – oben befindlich  
 salio 4., salui, saltum - springen  
 canities ei f. – graue Haare  
 quatio 4. - schütteln

sagax cis – scharf(sinnig)  
 articulus i m. – Glied, Gelenk  
 flexibilis e – biegsam  
 nardus i m. – Narde (unser Lavendel)  
 permulceo 2., permulsi, permulsum - streicheln  
 cistellula ae f. – Kistchen  
 veneo 4., venii – verkauft werden  
 denarius i m. – Denar (=röm. Silbermünze)  
 debilis e - schwach, schwächlich, gelähmt  
 maxilla -ae,f – Oberkiefer  
 senilis e - greisenhaft  
 sebum i n. - Talg  
 mando 3., mandi, mansum – kauen  
 queo, quis, quit..., qui(v)i, quitum, quire - können  
 rigidus 3 - starr, unbeugsam  
 anser ris,m – Gans  
 voro 1. - hinunterschlingen  
 rostrum -i,n – Schnabel  
 nervus -i,m - Sehne  
 perpetuus 3- durchgehend, ununterbrochen, lebenslang, beständig  
 insuper - darüber, überdies, noch obendrein (Adv.)  
 postibi - nachher  
 stabilis e - fest, feststehend, dauerhaft  
 nasus -i,m – Nase  
 anguilla ae f. – Aal  
 habilis e - geschickt  
 ter - dreimal (Adv.)  
 terni ae a – je drei, drei zusammen  
 decus oris,n - Schmuck, Zierde, Würde, Ehre  
 nugae arum f. - Possen  
 tolero 1. - ertragen, erdulden  
 damnum -i,n - Verlust, Schaden; damnum dare – Schaden zufügen  
 'Non recte pronuntiatum est,' Eruca dixit.  
 'Non vero omnino recte, opinor,' Alicia timide dixit. 'Aliquot verba nescio, quo modo mutata sunt.'  
 'Totum ab initio mendosum est,'Eruca vehementer dixit. Aliquantum temporis silentium fuit. Eruca prima locuta est.  
 'Qua magnitudine vis esse?' rogavit.  
 'Non multum mea interest, quam magna sim,' Alicia properanter respondit. 'Sed, ut scis, non sane placet toties mutari.'  
 'Non scio,' inquit Eruca.  
 Alicia nihil dixit. Nemo umquam antea ei toties contradixerat, et sensit se iracundam fieri.  
 'Contentane es, ut nunc te habes?' dixit Eruca.  
 'Domine, velim quidem paululo maior esse, si non recusas,' inquit Alicia.  
 'Miserum est quemlibet tres digitos altum esse.'  
 'Altitudo maxime idonea est,' Eruca irate dixit, dum se sursum tollit (exacte tres digitos alta erat).  
 'Sed non ad hoc sum assueta!' Alicia misere se excusavit.  
 Et secum reputabat: 'Utinam haec animalia ne animo tam facile offenso essent!'  
 'Tandem aliquando ad id eris assueta,' dixit Eruca. Tubulo rursus in os inserto, de integro fumum exsugebat.  
 Alicia nunc aequo animo exspectabat, dum iterum loqui vellet. Mox Eruca tubulo de ore extracto semel atque iterum oscitavit et se concussit.  
 Tum de boleto descendit et in herbam repsit. Dum abit, solum dixit: 'Alterum latus magnitudine te augebit, alterum deminuet.'  
 'Cuius rei latus alterum?' Alicia sibi dixit.

'Latus alterum boleti,' Eruca dixit, velut si Alicia clara voce rogavisset. Deinde e conspectu discessit.

Alicia in cogitatione defixa breve tempus boletum observabat; discernere conabatur duo eius latera. Quoniam omnino rotundus erat, rem solvere difficillimum erat.

Denique tamen brachia sua, quantum poterat, circum boletum distendit et manu utraque fragmentum de margine abruptit.

'Utrum autem utrumque potest?' sibi dixit; et experiendi causa de dextro fragmentum paulum gustavit. Statim ictu vehementi infra mentum suum percussa est. Mentum eius pedes suos pulsaverat. Quamquam hac subita mutatione multum territa est, tempus non esse perdendum putabat; nam celeriter deminuebatur. Itaque confestim partem frusti alterius edere coepit. Mentum eius tam arte contra pedem compressum est, ut os aperire vix posset. Postremo autem hoc effecit; et paulum frusti sinistri devoravit.

'Bene quidem est! Caput meum demum solutum est!' Alicia laete dixit. Cito autem trepidavit, nam umeri eius, ut ei videbatur, evanuerant. Ut despexit, nihil videre potuit praeter cololum praelongum, quod e fluctibus frondis viridantis longe infra iacentibus velut stirps surgere videbatur.

'Quaenam sunt omnia illa viridia?' Alicia dixit. 'Et quo umeri mei recesserunt? O manus misellae, cur vos videre non possum?'

pronuntio 1. - verkünden, sprechen, vortragen, ankündigen, versprechen, aussprechen, bekannt machen

mendosus 3 - fehlerhaft

totie(n)s – so oft

contradicere 3., contradico, contradixi, contradictum – widersprechen

paululo + Komp. – ein wenig

recuso 1. - zurückweisen, ablehnen, sich weigern

exactus 3 - genau

tubulus i m. – kl. Röhre, Pfeife

insero 3. ,serui,-sertum – hineinstecken

oscito 1. - den Mund aufsperrern

concutio 3., concussi, concussum - erschrecken, schütteln, erschüttern

repo 3., repsi, reptum – kriechen

distendo 3., -tendi, -tentum - ausspannen

defigo 3., defixi, defixum - fest einschlagen, hineintreiben

fragmentum -i, n - Bruchstück, Stück

margo inis, f - Rand

abrumpo 3., abrui, abruptum - wegreißen, zerreißen

perdo 3., perdidit, perditum - verderben, zugrunde richten, vernichten, verlieren

frustum i n. - Brocken

sinister -stra um - links, unheilvoll, ungünstig

praelongus 3 – sehr lang

virido 1. - grünen

umeo 2. - feucht sein, nass sein

fluctus -us, m - Flut, Woge

stirps pis, f - Wurzel, Holzsplitter, Stamm, Ursprung

viridis e - grün, jugendlich, frisch

Dum dicit, manus quassabat; at nihil consecutum est, nisi quod procul infra frons viridis agitabatur. Quoniam evidenter manus eius sursum ad caput levare non poterant, caput ad manus suas demittere tentavit. Reperire gavisus est collum suum velut serpentem in diversas partes flecti. Id modo flexibus decoris ex sua sententia deorsum curvaverat et in frondem se demersura erat, quam cacumina arborum, sub quibus dudum vagabatur, esse invenit, cum sibilus acer eam se recipere coegit. Columbus magnus in faciem eius involaverat et violenter alis suis eam pulsabat.

'Serpens!' Columbus vociferatus est.

'Serpens non sum!' Alicia iracunde dixit. 'Mitte me!'

'Serpentem te esse itero!' denuo Columbus inquit. Voce suppressiore loquebatur et singultu quodam addidit: 'Quamquam omnibus modis conatus sum, nihil tamen eis placere videtur!'

'Non omnino coniectare possum, quid dicere velis!' ait Alicia.

'Nidulari conatus sum in summis arboribus, deinde in ripae aggeribus, deinde in saepibus,' Columbus porro negligenter dixit. 'Sed isti serpentes! Nihil eis acceptum est!' Alicia magis magisque haesitabat; sed nihil amplius dicere constituit, dum Columbus finem faceret.

'Satis molestum est ova incubare,' ait Columbus. 'Sed diu noctuque ab serpentibus praecavendum est! Trinum vero nundinum somnum capere non possum!'

'Magnopere doleo, quod vexatus es,' ait Alicia. Intellegere incipiebat, quid Columbus in animo haberet.

'Et cum primum procerissimam silvae arborem incolui atque me denique tutum ab eis fore statui,' Columbus voce etiam magis ululanti porro dixit, 'nimirum ei tortibus longis de caelo descendunt! Ei, serpens!'

'At me non esse serpentem itero,' ait Alicia. 'Immo sum - ,

'Dicdum! Quid es?' ait Columbus. 'Video te aliquid fingere conari!'

'Sum puellula,' Alicia dubie dixit; nam quotiens eo die mutata esset, reminiscebatur.

'Scilicet probabile est!' Columbus maxima contemptione dixit. 'Equidem ego complures puellulas olim vidi; nullam autem tanta colli proceritate! Non ita est; serpens es, ne igitur negaveris. Fortasse nunc dices te numquam ovum gustavisse!'

'Certe ova gustavi,' ait verax Alicia. 'Sed puellae scilicet aequae ac serpentes ova edunt.'

'Id non credo,' ait Columbus; 'si autem verum est, necesse est eas serpentes quosdam esse. Nil amplius habeo, quod dicam.'

Aliciae quidem haec notio nova erat; itaque aliquantulum temporis siluit. Columbus igitur porro dixit: 'Certo scio te ova quaerere. Nil ergo mea interest, puellane an serpens sis!'

'Mea autem magni interest,' Alicia cito dixit. 'Sed reapse ova non quaero; atque si ea quaererem, tua non cuperem, nam ova incocta mihi displicent.'

'Abi igitur!' Columbus morose dixit, dum in nidum suum considit.

Alicia inter arbores, quantum poterat, se demisit; collum eius identidem ramis implicabatur et saepe ei necesse erat gradum sistenti id resolvere. Mox recordata est se frustra boleti in manibus adhuc tenere; initio caute facto primo alterum, deinde alterum admordebat. Aliquando procerior, aliquando humilior fiebat; denique ad iustam altitudinem se deminuit.

quasso 1. - heftig schütteln, wackeln

evidens ntis - offenbar

flexus us m. - Biegung

curvo 1. - krümmen

cacumen inis,n - Gipfel

dudum - seit längerer Zeit, lange, längst, vor einer Weile, neulich, jüngst, lange (Adv.)

columbus i m. - Täuberich

involo 1. - darauffliegen

vociferor 1. - laut rufen, schreien, ertönen

suppressus 3 - leise

singultus -us,m - Schluchzen

nidulor 1. - nisten

agger is n. - Damm

haesito 1. - zaudern, schwanken, festhängen, zögern

ovum -i,n - Ei

incubo 1. - auf etw. liegen; brüten

diu noctuque (Adv.) - bei Tage und bei Nacht

praecaveo 2., -cavi,-cautum - sich hüten

trinum nundinum - ein Zeitraum 17 Tagen

procerus 3 - schlank, hoch

ululo 1. - heulen

nimirum - allerdings (Adv.)

tortus us m. - Drehen, Schlingelbewegung

ei - wehe

dicdum - sag doch

contemptio onis,f - Verachtung

collum i n. - Hals



proceritas atis f. – Länge  
 verax acis – wahrheitsliebend  
 notio onis f. - Vorstellung  
 aliquantum – ein wenig  
 silesco 3.,silui,- - verstummen  
 incoctus 3 - ungekocht, roh  
 nidus -i,m - Nest  
 identidem - wiederholt, immer wieder (Adv.)  
 ramus -i,m - Zweig, Ast  
 implico 1. – verwickeln; Pass. hineingeraten  
 sisto 3.,steti,statum – (sich)hinstellen, hintreten, stehen bleiben, zum Stehen bringen, Halt machen, aufhalten  
 resolvo 3.,resolvi,resolutum - rückgängig machen, zurücknehmen  
 cautus 3 - vorsichtig  
 admordeo 2. - anbeißen

Diu ab iusta amplitudine longe afuerat; itaque haec principio mira videbatur. Brevi tamen tempore ad id adsueta erat. Ut solebat, secum loqui coepit.

'Dimidium confectum habeo eius, quod in animo habebam. Omnes hae mutationes me perturbant. Numquam certum mihi est, qua forma ad tempus usura sim! Nunc autem redii ad iustam magnitudinem; nunc porro illum hortum amoenum intrare oportet. Miror equidem, quo modo id fieri possit! '

Dum haec dicit, in locum apertum ingressa est, ubi parva domus circiter quattuor pedes alta erat.

'Quiqui hic habitant,' secum reputabat Alicia, 'haudquaquam debeo ad eos accedere, dum tam magna sum. Non dubie terrorem eis incutiam!'

Frustum igitur dextrum denuo admordere coepit; nec prius ad domum accedere ausa est, donec ad novem digitorum altitudinem se redegit.

apertus 3 – offen(kundig), klar, frei  
 terror oris,m - Schrecken  
 incutio 3.,incussi,incussum - einflößen  
 redigo 3.,redegere,redactum - in einen Zustand bringen, machen zu (b. Akk.)  
 haudquaquam - keineswegs

### **CAPUT SEXTUM: PORCUS ET PIPER**

Ad breve tempus stabat domum intuens miransque, quid se deinde facere oporteret, cum subito pedisequus vestitu famuli indutus ex silva cucurrit. Alicia saltem eum pedisequum esse putabat, quod vestitu familiari indutus esset. Aliter, si facie eius sola iudicaretur, piscem eum esse dixisset. Pedisequus magno sonitu digitis fores pulsavit. Alter pedisequus similiter vestitus eas recluserat. Facie rotunda oculisque magnis ranae similis erat. Alicia utrumque crispum capillis calce sparsis esse animadvertit. Curiose studuit reperire, quid ageretur; itaque e silva ad auscultandum paululum repsit. Primo Pedisequus Pisciformis de ala epistulam magnam paene sibi aequalem eduxit. Hac alteri tradita severe dixit: 'Ad Ducissam: invitatio a Regina ad lusionem pilae et mallei ludendam.'

Pedisequus Raniformis verborum structura paulum mutata aequae severae voce pronuntiavit: 'Ab Regina: invitatio ad Ducissam ad lusionem pilae et mallei ludendam.'

Deinde ambo colla profunde flexerunt, ita ut cirri caesariei eorum implicati sint. Hoc Alicia tantum risit, ut retro in silvam ei currendum esset, ne audiretur. Ubi postea prospexit, Pedisequus Pisciformis abierat; alter autem humi propter ianuam sedebat, caelum stolidè intuens.

Alicia ad ianuam timide accessit, eamque pulsavit.

vestitus -us,m - Kleidung, Tracht, Bedeckung  
 pedisequus 3 - auf dem Fuße folgend; pedisequus i m. – Diener, Lakei  
 famulus -i,m - Diener  
 indutus 3 - bekleidet  
 iudico 1. - urteilen, richten, beurteilen  
 piscis piscis,m - Fisch  
 crispus 3 - kraushaarig

capilli -orum,m - Haare  
 calx calcis f. – Kalk, Kreide  
 spargo 3.,sparsi,sparsum - ausstreuen, besprengen  
 pisciformis e - fischförmig  
 ala ae f. – Flügel; Achsel  
 educo 3.,eduxi,eductum - herausführen, herausziehen  
 invitatio onis f. – Einladung  
 lusio onis f. – Spiel; lusio pilae et mallei = play croquet  
 malleus -i,m – Hammer  
 raniformis e – froschförmig  
 caesaries ei f. - Haupthaar  
 implico 1. - einwickeln, verwickeln  
 prospicio 3.,prospexi,prospectum – herausschauen, voraussehen, sorgen für  
 humi - auf dem Boden, am Boden, zu Boden, auf der Erde (Adv.)  
 stolidus 3 - dumm, albern

'Duabus de causis non opus est ianuam pulsare,' inquit Pedisequus. 'Primo, quod ego aequae ac tu citra ianuam sum; deinde, quod intus tantus strepitus fit, ut nemo prorsus te audire possit.'

Strepitus certo incredibilis intus fiebat. Ululatus continui et sternumenta erant et subinde fragor maximus audiebatur, quasi patella aut cortina confracta esset.

'Quomodo ergo intrare possum?' inquit Alicia.

'Operae pretium ostium pulsare fortasse esset' Pedisequus porro negligenter dixit, 'si ianua inter nos esset. Si tu exempli gratia intus esses, pulsare posses, ut te foras ire sine-rem.'

Quamdiu loquebatur, in caelum suspiciebat, id quod Aliciae inurbanum esse videbatur.

'Sed fortasse aliter facere non potest,' sibi dixit; 'oculi eius tam paene in summo capite sunt. Mihi saltem roganti respondere potest. Quomodo intrare possum?' clara voce iteravit.

'Hic residebo' Pedisequus inquit, 'ad diem crastinum -'

Illo ipso tempore ianua domus aperta est; catinus magnus ad caput Pedisequi recte evolans nasum eius strinxit et contra arborem quandam post tergum eius confractus est.

'- aut fortasse ad diem perendinum,' Pedisequus porro simili voce dixit, perinde ac si nihil accidisset.

'Quomodo intrare possum?' clariore voce Alicia iteravit.

'Debesne omnino intrare?' inquit Pedisequus; 'id sane primum diiudicandum est.'

Sine dubio verum id fuit: at sic commoneri Aliciae displicuit.

'Odiosum vere est,' sibi mussitavit, 'animalia omnia sic disputare. Satis est ad mentem cuiusvis alienandam.'

Pedisequo opportunum esse videbatur dictum suum aliquantum mutatum repetere.

ostium -i,n - Eingang  
 pulso 1. - klopfen  
 citra - diesseits (Präp. b. Akk.)  
 intus (Adv.) -drinnen  
 incredibilis e – unglaublich  
 continuus 3 - andauernd  
 sternumentum i n. – Nisen; Niesmittel  
 subinde – gleich darauf  
 cortina ae f. – Kessel  
 foras (Adv.) – hinaus  
 quamdiu – so lange, während der Zeit dass  
 Inurbanus 3 – unhöflich  
 resideo 2., -sedi,-sessum – sitzen, zurückbleiben  
 crastinus 3 - morgig  
 catinus i m. – Napf, Schüssel  
 evolo 1. - herausfliegen  
 stringo 3.,strinxi,strictum - schnüren, streifen, ziehen  
 perendinus 3 - übermorgig  
 perinde ac si – ebenso als ob

diiudico 1. - entscheiden

commoneo 2., -monui, -monitum – erinnern, ermahnen

alieno 1. – entfremden; verrückt machen

'Hic residebo,' inquit, 'per intervalla ad dies complures.'

'Sed quid ego debeo facere?' inquit Alicia.

'Quidquid tibi libet,' inquit Pedisequus, et sibilum edidit.

'Usui non est cum eo colloqui,' Alicia desperanter dixit. 'Plane fatuus est!' Ianua aperta intravit. Intra ianuam protinus in magnam culinam iniit, omnino fumi plenam. Ducissa **medio in tripode** infantem nutriens sedebat. Coqua super focum se inclinabat magnoque in lebetate ius miscebat.

'Nimium certe piperis in eo iure est!' Alicia sibi dixit; vix prae sternumentis loqui poterat.

Nimium profecto piperis erat in aere. Etiam Ducissa aliquando sternutabat; infans vero perpetuo aut sternutabat aut ululabat. Sed coqua atque feles magna, quae ad focum iacebat et risu ingenti rictum diducebat, solae non sternuebant.

'Velim, sis, scire,' Alicia timide dixit (nam dubitabat, num urbanum esset, ut prima loqueretur), 'cur feles vestra sic rictum diducat?'

'Feles Cestriana est , inquit Ducissa, 'rictum igitur diducit. Porce!'

Hoc tanta vi violentiaque clamavit, ut Alicia trepidaret. Statim autem intellexit infantem, non se appellari. Itaque animo collecto porro dixit: 'Nesciebam feles Cestrianas semper rictum diducere: nesciebam quidem feles rictum diducere posse.

'Omnes id possunt,' ait Ducissa, 'et pleraeque id faciunt.'

'Egomet nullas cognovi, quae id faciant,' Alicia comiter dixit; gratum enim ei erat sermonem conferre.

'Tute non multum cognovisti,' inquit Ducissa; 'nempe id constat.'

Talis vocis sonus Aliciae multum displicuit, itaque se de quapiam alia re colloqui oportere arbitrata est. Dum deliberat, quid disserere deberet, coqua lebetate iuris de foco remoto confestim ad Ducissam infantemque omnia iactare coepit, quae manu contingere poterat.

Ferramenta foci primum iactavit; deinde passim vasa culinaria et catillos et patellas. Ducissa haec neglexit, etiam cum eis percuteretur, infansque tantum usque ululabat, ut non omnino iudicari posset, utrum ictibus laederetur necne.

'Te imploro, cave, ne quid noxae facias!' Alicia clamavit, dum metu percussa trepidat. 'Vae! Nasum amorum laeditur.' Vas maius solito praetervolaverat et naso infantem tantum non privaverat.

'Si omnes res suas curent, orbis terrarum multo celerius quam, ut nunc est, rotetur,' Ducissa rauce fremuit.

'Minime expediat hoc fieri,' inquit Alicia, quae occasione scientiae suae aliquo modo monstrandae gaudebat. 'Cogitandum, quantum diem ac noctem id officiat.

intervallum -i,n - Zwischenraum, Zwischenzeit

libet, libuit, - - es ist erlaubt, es steht frei

desperanter (Adv.) – verzweifelnd, hoffnungslos

fatuus -i,m - Narr

culina -ae,f - Küche

tripus –odis m. - Dreifuß

infans ntis,m/f - Kind

nutrio 4. - nähren, ernähren

coqua ae f. – Köchin

lebes etis m. – Kessel

ius iuris n. – Brühe, Suppe

piper eris,n – Pfeffer

sternuto 1. - immer wieder nisen

rictus us m. – Öffnen des Mundes (hier statt „grinning from ear to ear“)

sternuo 3., -ui - niesen

diduco 3., -duxi, -ductum – auseinanderziehen

**Cestriana feles** – a Cheshire cat

porcus i m. - Schwein

violentia -ae,f – Gewalt  
 ferramentum i n. – eisernes Werkzeug (engl „fire-irons“)  
 iacto 1. - hin und her werfen, werfen, besprechen  
 vas vasis,n - Gefäß, Gefäße, Geschirr  
 culinaris e – Küchen-  
 catillus i m. – Schüsselchen, Tellerchen  
 percello 3.,perculi,perculsum - zu Boden schlagen  
 percussus 3 – niedergeschlagen  
 Nasum amorum laeditur – Übersetzung von „ Oh, there goes his precious nose.“ (???)  
 praetervolo 1. - vorbeifliegen  
 fremo 3.,fremui,fremitum - tosen, murren, lärmern  
 expedit 4. – es ist förderlich, dienlich, zuträglich  
 officio 3., -feci,-fectum - schaden'; Cogitandum, quantum diem ac noctem id officiat. Entspr. „Just think of what work it would make with the day and night“ (???). Officere steht mit Dativ!!!  
 Orbis terrarum scilicet horis viginti quattuor circum axem circumvertitur -  
 'Dicisne de ascis?' ait Ducissa. 'Caput eius abscide!'  
 Alicia coquam anxie observavit, ne fortasse monito obediret. Haec autem  
 industrie ius miscebat, neque audivisse videbatur. Itaque porro dixit:  
 'Horis, credo, viginti quattuor: aut fortasse duodecim -'  
 'Ne me moleste exercueris!' inquit Ducissa. 'Numerorum me semper taedet!'  
 Deinde infantem rursus nutrire coepit, dum ei aliquid lallat atque post quemque  
 versum eum violenter quatit:

'Infantem tuum increpa,  
 Et tunde sternutantem;  
 Molestus esse tantum vult,  
 Praebendo se vexantem.

CHORUS

(cuius participes erant coqua et infans)

'Au! Au! Au!'

Dum Ducissa secundam versuum seriem cantat, infantem sursum deorsum  
 iactabat. Misellus infans tantum ululabat, ut Alicia verba vix audire posset:

'Infantem meum increpo,  
 Et tundo sternutantem;  
 Delectat namque piper hunc  
 Subinde approbantem.'

CHORUS

'Au! Au! Au!'

axis is,m – Achse, Himmelspol  
 circumverto 3.,circumverti,circumversum - umwenden, umdrehen  
 ascius 3 – schattenlos; loca ascia : Länder unter dem Äquator. Die Übersetzung stimmt nicht; denn im Engl.  
 antwortet die Gräfin „Talking of axes, chop off her head!“  
 abscido 3.,-cidi,-cisum – abschneiden  
 ob(o)edio 4. – gehorchen  
 moleste exerceo 2., -ui,-itum – to bother  
 lallo 1. – lalla singen, in den Schlaf singen  
 tundo 3., tutundi, tu(n)sum – stoßen, schlagen  
 chorus -i,m - Chor, Reigen  
 series seriei,f - Reihe, Reihenfolge  
 canto 1. – singen  
 sursum deorsum – hoch und nieder  
 namque - denn, nämlich (Kj.)  
 subinde - gleich darauf, wiederholt, oft (Adv.)  
 approbo 1. - billigen, gutheißen, anerkennen  
 'Em! Tibi licet eum paulum fovere, si vis!' Ducissa Aliciae dixit; et simul infantem ad eam  
 iecit. 'Oportet me parari ad lusionem pilae et mallei ludendam.'

Ex culina properavit. Coqua in eam abeuntem sartagine coniecit, quae tantum non eam percussit. Alicia infantem difficulter comprehendit, nam parvulus erat forma corporis inusitata atque brachia cruraque passim extendebat.

'Simillimus stellae marinae est,' Alicia putabat.

Ut eum comprehendit, parvulus miser cum strepitu velut machinae vapore impulsae anhebat. Usque se contorquebat et rursus corrigebat; itaque breve tempus Alicia eum vix tenere poterat. Ut primum ea repperit, quo modo eum portare oporteret (necesse enim habebat membra eius nodi modo flectere, deinde dextram aurem pedemque sinistrum arte retinere, ne se expediret), eum foras exportavit.

'Nisi hunc parvulum mecum abducam,' Alicia putabat, perpaucis diebus eum interiment. Nonne, si eum relinquam, homicidium fiat?'

Verba extrema clare locuta est; ad haec parvulus, qui sternuere iam desiit, grunnivit.

'Noli grunnire;' ait Alicia, 'non sic omnino loqui debes.'

Infans iterum grunnivit. Alicia faciem eius anxie contemplata est, si quid forte ei accidisset. Sine dubio silus erat; rostrum habebat magis quam nasum verum. Et oculi eius multo minores fiebant, quam infanti esse solent. Aliciae prorsus res tota suspecta erat.

em - da nimm, da sieh, da! (Interj.)

sartago inis f. - Pfanne

crus cruris, n - Bein

stella -ae, f - Stern;

stella marina - Seestern

machina -ae, f - Maschine

vapor oris, m - Dampf, Rauch

machina vapore impulsae - Dampfmaschine

contorqueo 2., -torsi, -torsum - herumdrehen

corrigo 3., correxi, correctum - berichtigen, verbessern, zurechtweisen, gerade biegen

exporto 1. - herausschaffen

perpauci ae a - sehr wenige

homicidium -i, n - Menschenmord, Mord, Totschlag

grunnio 4. - grunzen

silus 3 - stupsnäsiger

rostrum i n. - Rüssel, Schnauze

suspectus 3 - verdächtig

'At fortasse tantum singultabat,' sibi dixit et oculos iterum contemplata est, si quae lacrimae eis inessent. Nullae lacrimae inerant.

'Si te in porcum conversurus es, parvule,' Alicia serio dixit, 'non amplius te curabo. Memento hoc!'

Parvulus misellus denuo singultavit (fortasse grunnivit; res diiudicari non potuit). Aliquantum temporis silentio progrediebantur. Alicia secum reputare incipiebat, 'Si hunc parvulum domum duxero, quid eo faciam?', cum is tam vehementer grunnivit, ut ea faciem eius trepide contemplaretur. Hic non iam perperam iudicari potuit; nunc infans non alius quam porcus erat.

Aliciae absurdum quidem esse visum est animal ultra portare. Itaque humum id deposuit; et contenta erat, quod id quiete in silvam cucurrit.

'Si adolevisset,' sibi dixit, 'puer valde deformis fuisset; in praesentia, ut puto, porcus satis formosus est.'

De puellis aliis et pueris sibi notis meditari coepit, qui merito porci fieri possent.

'Si modo recta ratio nota esset, qua mutarentur -' sibi dicebat, cum necopinato Felem Cestrianam non procul in ramo arboris sedentem conspexit. Feles Aliciam conspicata solum rictum diduxit. Ei benigna esse visa est; sed, quod ei ungues longissimi plurimique dentes erant, eam placare se debere statuit.

'Dulcissima Feles Cestriana,' timide dixit, cum nesciret, num id nomen Feli placeret. Ea tamen modo paulo latius rictum diduxit.

singulto 1. - herausschluchzen.

trepidus 3 - unruhig, aufgereg

perperam (Adv.) – unecht, falsch .

deformis e - missgestaltet, unschön

praesentia -ae,f - Gegenwart, Geistesgegenwart, Entschlossenheit

formosus 3 - wohlgestaltet, schön

meritum -i,n - Verdienst, Lohn, Wohltat

necopinato (Adv.) - unvermutet, unerwartet

'Eia! Comis adhuc est,' putabat Alicia. Porro dixit: 'Velisne, sis, mihi dicere, quam in partem hinc me ire oporteat?

'Multum interest, quo ire velis,' Feles dixit.

'Mea non multum refert quo eam -' inquit Alicia.

'Non ergo interest, qua via eas, Feles dixit.

'- dummodo aliquo perveniam,' Alicia explanavit.

'Nempe id certe perficies,' inquit Feles, 'si satis diu ambulabis.'

Hoc negari non potuit; itaque Alicia aliud rogavit.

'Quales homines hic circa habitant?'

'Ab hoc latere,' Feles pede dextro gesticulatus dixit, 'Petasorum Venditor habitat; ab altero latere' (pede sinistro gesticulatus) 'Lepus Martius habitat. Vise utrumvis; uterque mente alienata est.'

'At nolo cum hominibus insanis esse,' Alicia inquit.

'Id devitari non potest,' Feles inquit; 'omnes hic insani sumus. Ego insana sum. Tu insana es.'

'Cur existimas me insanam esse?' Alicia rogavit.

'Necesse est,' inquit Feles; 'aliter huc non adiiisses.'

Alicia, quamquam id verum argumentum non putabat, perseveravit: 'Quomodo scis te insanam esse?'

'Primum scilicet,' Feles inquit, 'canis non insanus est. Concedisne hoc?'

'Nimirum,' inquit Alicia.

'Canis porro,' Feles processit, 'iratus scilicet fremit contentusque caudam agitat. Ego contra contenta fremo et irata caudam agito. Ego ergo sum insana.'

'Murmur te facere potius dicam quam fremitum,' ait Alicia.

'Quidlibet dicas,' ait Feles. 'Hodiene cum Regina lusionem pilae et mallei lusura es?'

'Id mihi pergratum sit,' Alicia dixit, 'sed nondum vocata sum.'

'Me ibi videbis,' Feles dixit et statim evanuit.

Cum Alicia rebus inusitatis adsuesceret, non multum ei mirum id fuit. Locum etiam intuebatur, ubi fuerat, cum Feles subito denuo apparuit.

'Dic, sodes,' Feles inquit: 'Quid infante factum est? Rogare paene oblita eram.'

'Mutatus est in suem,' Alicia placide respondit, quasi Feles convenienter naturae revenisset.

comis e – freundlich

dummodo - wenn nur (Sj. b. Konj.)

explano 1. – erklären

gesticulator 1. - gestikulieren

ab hoc latere – ab altero latere – in dieser Richtung - in der anderen Richtung

petasus -i,m - Reisehut

venditor oris,m – Verkäufer

lepus oris m. – Hase

**Martius** 3 – zum März gehörend

utervis utravis utrumvis – beide

insanus 3 - unvernünftig, verrückt, wahnsinnig

devito 1. - vermeiden

argumentum -i,n - Beweis, Argument, Inhalt, literarischer Stoff, Stück

persevero 1. - fortfahren etwas zu tun, fortfahren

fremitus -us,m – Lärm

murmur murmuris n. – Brummen

pergratus 3 – sehr angenehm  
 sodes - gefälligst, doch  
 Quid infante fit ? - Was wird aus dem Kind werden ?  
 sus suis m. - Schwein  
 conveniens ntis - passend

'Id credebam futurum esse,' Feles dixit et rursus evanuit.

Alicia paulum exspectavit, si forte eam rursus videret. Cum non appareret, post paulum in eam partem pergere coepit, qua Lepus Martius habitare dicebatur.

'Petasorum venditores antehac vidi,' sibi dixit. 'Lepus Martius me multo magis oblectabit. Fortasse, cum nunc mensis Maius sit, cerritus non erit; non saltem tam insanus quam mense Martio erit.'

Simul sursum conspexit: Feles redierat et in arboris ramo sedebat.

'Dixistine "suem" an "gruem"?' Feles inquit.

'"Suem" dixi,' Alicia respondit. 'Et molestum mihi est te tam subito apparere et evanescere. Vertigine me afficis!'

'Bene mones!' Feles dixit. Nunc lentissime evanuit; extrema cauda prima obscurata est, postremus rictus, qui aliquamdiu, postquam ceterum recessit, restabat.

'Felem sane sine rictu saepe vidi,' Alicia meditata est, 'sed rictum sine fele numquam vidi! Res est omnium maxime singularis, quas umquam vidi!'

Non multo longius progressa erat, cum domum Leporis Martii conspexit. Confidebat utique hanc domum veram esse, quod fumi emissaria in formam aurium figurata sunt atque tectum villis opertum est. Tanta altitudine erat domus, ut ei appropinquare nollet, dum sinistra boleti parte adrosa ad altitudinem circiter duorum pedum aucta esset. Ad domum etiam tunc satis timide accessit, dum sibi dicit; 'Fortasse Lepus Martius nihilominus cerritus sit! Haud scio, an potius ad Petasorum Venditorem visendum ire debuerim!'

antehac - bisher, früher (Adv.)

oblecto 1. - ergötzen

Maius – Mai

cerritus 3 verrückt

Martius - März

grus gruis,f – Kranich

vertigo inis f. – Drehen, Wenden, Schwindel

lentus 3 - langsam

ceterum - übrigens, im Übrigen, doch (Adv.)

resto 1., restiti,- - übrig bleiben

utique – durchaus

singularis e - einzeln, einzigartig

emissarium i n. - Abzug

figuro 1. - formen

villus i m. – zottiges Haar der Tiere

adrodo 3.,-rodi,-rosum - annagen

**FINIS**

### **Benutzte Literatur:**

<http://www.thelatinlibrary.com/alice.html>

Lewis Carroll: Alice's Adventures in Wonderland, Penguin Books, 1994

[Lewis Carroll: Alice's Adventures in Wonderland](#)

[Portrait von Caroll](#)

### **Bearbeitung des Textes:**

Der lat. Text ist von mir in der Interpunktion dem deutschen Gebrauch angepasst, zahlreiche Fehler mussten korrigiert werden.

Die Kapitel sind von mir mit Vokabelangaben versehen worden. Vorausgesetzt sind die Kenntnisse der Vokabeln von „**Felix, Ausg. A**“ 1-74 Die Vokabelkenntnisse müssten auch anderen Lehrbüchern im Wesentlichen entsprechen. Die Kapitel haben jeweils ein Vokabular, das dann im Weiteren vorausgesetzt wird. Am Schluss der Arbeit befindet sich ein **Gesamtvokabular** (außer den in Felix angegebenen Vokabeln). Sehr hilfreich war die Benutzung des **Computer-Trainings „Navigium 6.5“** (<http://www.navigium.de>), das ich allen Schülern, Studenten und Lehrern empfehlen möchte.

Verben sind wie im Lexikon so gekennzeichnet: 1. = -are oder -ari; 2. = -ēre oder -ēri; 3. = -ere oder -i; 4. -īre oder -īri. Die regelmäßigen Verben der a- und i-Konjugation zeigen nur den Präsensstamm an.

Adjektive auf -us, -a, -um haben nur eine „3“. Adjektive der i-Deklination werden wie in Wörterbüchern gekennzeichnet, 3-endige mit allen Genusendungen, 2-endige m./f. gleich, n. -e, 1-endige Nom. und Gen..

Alle Substantive haben Genitiv und Genus.

Benutzte Wörterbücher: 1.) **Stowasser:** Lateinisch-deutsches Schulwörterbuch, R. Oldenbourg Verlag München, 1994, 2.) **Georges:** Lateinisch=Deutsches Handwörterbuch in 2 Bänden, Leipzig 1862

**Diese Ausarbeitungen dürfen nur zu privaten und schulischen Zwecken benutzt werden. Es ist untersagt, sie zu kommerziellen Zwecken heranzuziehen bzw. zu verwerten.**

**Um Hinweise, evt. gemachte Fehler, Ergänzungen etc. wird freundlich gebeten.**

Dafür bedankt sich: [Karl Michael Bosch, Velbert](#), am 24. Februar 2005

## Gesamtvokabular

ab hoc latere – ab altero latere – in dieser Richtung - in der anderen Richtung  
 abhinc - von hier, von jetzt an, vor (Adv.)  
 abiectus 3 – niedrig, gemein, verächtlich  
 abnuo 3., abnuī, - - ablehnen  
 abripio 3., abripui, abreptum – hinwegraffen  
 abrumpo 3., abrupi, abruptum - wegreißen, zerreißen  
 abscedo 3., abscessi, abscessum - weggehen, fortgehen  
 abscido 3., -cidi, -cisum – abschneiden  
 abstergeo 2., -tersi, -tersum – abwischen  
 absurdus 3 – widerwärtig, unpassend  
 abundans ntis - reichlich  
 acclamo 1. - zurufen, zujubeln, bejubeln  
 accommodo 1. - anpassen, einrichten  
 accuratus 3 – genau, sorgfältig  
 accuro 3., accuri, accursum - herbeieilen  
 acervus -i, m – Haufen  
 acutus 3 - spitz, scharf, scharfsinnig  
 ad extremum – für den schlimmsten Fall  
 adhaereo 2., adhaesi, adhaesum (b. Dat.) - angrenzen, an etwas hängen, haften  
 adigo 3., adegi, adactum - heranzuführen, herantreiben, drängen, veranlassen  
 adloquor 3., adlocutus sum – anreden  
 admiratus 3- verwundert  
 admodum (Adv.)- ganz, ziemlich, sehr  
 admoneo 2., admonui, admonitum - mahnen, ermahnen, erinnern



admordeo 2. anbeißen  
 admoveo 2., admovi, admotum - heranbewegen, näher rücken  
 adolesco 3., adolevi, adultum – heranwachsen  
 adorior 4., adortus sum – angreifen  
 adrodo 3., -rodi, -rosum - annagen  
 aduro 3, -ussi, -ustum - verbrennen  
 adusque (Adv.) – in einem fort  
 advoco 1. - herbeirufen  
 aequalis e – gleichaltrig  
 aër aëris n. – Luft  
 aevum -i, n - lange Dauer, Ewigkeit, Alter, Zeitalter  
 affectus -us, m - Gemütsverfassung, Stimmung, Zuneigung  
 agedum - los! (Interj.)  
 agger is n. – Damm  
 agito 1. - treiben, betreiben  
 ago 3., egi, actum - tun, machen, treiben, betreiben, handeln

admoveo 2., admovi, admotum - heranbewegen, näher rücken  
 adolesco 3., adolevi, adultum – heranwachsen  
 adorior 4., adortus sum – angreifen  
 adrodo 3., -rodi, -rosum - annagen  
 aduro 3, -ussi, -ustum - verbrennen  
 adusque (Adv.) – in einem fort  
 advoco 1. - herbeirufen  
 aequalis e – gleichaltrig  
 aër aëris n. – Luft  
 aevum -i, n - lange Dauer, Ewigkeit, Alter, Zeitalter  
 affectus -us, m - Gemütsverfassung, Stimmung, Zuneigung  
 agedum - los! (Interj.)  
 agger is n. – Damm  
 agito 1. - treiben, betreiben  
 ago 3., egi, actum - tun, machen, treiben, betreiben, handeln  
 ai – ach  
 aio ais ait aiunt - ich sage, du sagst, er sagt  
 ala ae f. – Flügel; Achsel  
 alapa -ae, f - Backenstreich, Ohrfeige  
 albus 3 – weiß  
 alicubi - irgendwo, irgendwo anders (Adv.)  
 alieno 1. – entfremden; verrückt machen  
 aliquanto + Komparativ – ein wenig  
 aliquantum – ein wenig  
 aliquantum (Adv.) - ziemlich viel, beträchtlich  
 aliquot (Adj. indekl.)- einige, etliche  
 alligo 1. – anbinden  
 alloqui, alloquor, allocutus sum - anreden, ansprechen  
 altercor 1. – diskutieren  
 altitudo inis, f - Höhe, Tiefe  
 altum -i, n - hohe See  
 aluta -ae, f – Alaunleder  
 ambiguus 3– schwankend, veränderlich, ungewiss, unklar  
 amburo 3., ambussi, ambustum - in Brand setzen  
 amiculum i n. - Mantel  
 amoenus 3 - reizend, reizvoll, reizend gelegen, lieblich, hübsch, idyllisch  
 amplitudo inis, f - Weite, Größe, Ansehen  
 amplius - weiter, mehr (Adv.)  
 ampulla -ae, f - Flasche, Fläschchen  
 anas anatis f. – Ente  
 ancilla -ae, f - Sklavin, Magd  
**Angli** orum m. - Engländer  
**Anglia** ae f. – England  
 anguilla ae f. – Aal  
 angulus -i, m - Winkel, Ecke  
 angustus 3 - eng, knapp, misslich  
 anhelus 1. – keuchen

---

animal is,n - Tier, Lebewesen  
 anser ris,m – Gans  
 antehac - bisher, früher (Adv.)  
 antipathia ae f. – Antipathie  
 anus -us,f - alte Frau, altes Weib  
 anxius 3 – ängstlich#  
 apertus 3 – offen(kundig), klar, frei  
 apicula ae f. – Bienchen  
 appeto 3.,appetivi,appetitum - erstreben, begehren  
 apporto 1. - herbeibringen, bringen  
 approbo 1. - billigen, gutheißen, anerkennen  
 appropinquo 1. - nahen, sich nähern  
 aqua salsa - Salzwasser  
 aquila ae f. – Adler  
 arbiter –tri m. - Schiedsrichter  
 archiepiscopus i m. - Erzbischof  
 ardeo 2.,arsi,arsurus - brennen, glühen, verzehrt werden  
 argumentum -i,n - Beweis, Argument, Inhalt, literarischer Stoff, Stück  
 aridus 3 - trocken, lechzend  
 armarium -i,n - Schrank, Bücherregal  
 arrigo 3., -rexi,-rectum - aufrichten  
 arrogantia -ae,f - Anmaßung, Überheblichkeit  
 articulus I m. – Glied, Gelenk ; Augenblick  
 artus 3 - eng, fest  
 ascius 3 – schattenlos; loca ascia : Länder unter dem Äquator  
 asper aspera asperum - rau, bitter, herb, schroff  
 assuesco 3.,assuevi,assuetum - sich gewöhnen  
 assuetus 3 - gewohnt, gewöhnlich  
 assumptio onis f. – Annahme, Billigung  
 assus 3 – gebraten  
 astutia -ae,f - Schlauheit, Verschlagenheit  
 atqui - und doch, aber doch, nun aber, dagegen (Kj.)  
 atrium -i,n - Atrium, Halle  
 attineo,attinui,- - aufhalten, festhalten, sich erstrecken; Quantum ad hoc attinet – Was das anbelangt  
 attingo 3.,attigi,attactum – berühren  
 attollo 3. - aufrichten  
 aucupor 1. – Jagd machen auf Vögel  
 aufero,abstuli,ablatum, auferre - wegtragen, wegnehmen, wegbringen, entfernen, rauben  
 aulaeum -i,n – Theatervorhang  
 ausculto 1. – hören  
**Australia** – Australien  
 aveo 2. – verlangen  
 avicula -ae,f – Vögelchen  
 axis is,m – Achse, Himmelspol  
**balnearis** e – Bade- (tiguria balnearia ist die Übersetzung von bathing machines)  
 bellus 3 - schön, hübsch, nett  
 benevolus a um - wohlwollend, gewogen, gütig  
 benignus 3 - wohlwollend, freundlich, gütig, freigebig  
 bis - zweimal (Adv.)  
 blandior 4. - schmeicheln  
 blandus 3- schmeichelnd, schmeichelhaft, angenehm, reizend  
 boletus i m. – Champignon  
 brachium i n. – (Unter)arm  
 brevi - in Kürze, in kurzer Zeit, bald (Adv.)  
 butyrum i n. – Butter caballus -i,m – Pferd caeruleus 3 – himmelblau  
**Cacumen** inis,n – Gipfel  
 caesaries ei f. - Haupthaar  
 calcitro 1. – hinten ausschlagen  
 calidus 3- warm, hitzig, heiß  
 calor caloris,m - Wärme, Hitze, Glut  
 calx calcis f. – Kalk, Kreide  
 calx calcis,f - Huf, Ferse, Fußtritt

---

caminum i n. – Kamin  
 cancelli orum m. – Gitter, Einzäunung  
 cancer grandis femina – betagte Krebsfrau (im Engl. nur „an old Crab“!)  
 candelae modo – wie eine Kerze  
 candeo 2., candui - glänzen: glühen  
 candidus 3 - strahlend, weiß  
 canis venaticus – Jagdhund  
 canities ei f. – graue Haare  
 canto 1. – singen  
 Cantuaria ae f. - Canterbury  
 capilli -orum,m - Haare  
 capite deflexo – mit abgewandtem Haupt capite reverso – auf dem Kopf stehend  
 capto 1. - fangen, fassen  
 carduelis is f. – Stieglitz  
 carduus i m. - Distel  
 carnifex carnificis,m – Henker  
 caro gallinacea – Hühnerfleisch  
 carpo 3.,carpsi,carptum – pflücken  
 casula ae f. – Hütte  
 catapulta ae f. - Wurfmaschine  
 caterva -ae,f - Schar, Haufe, Schwarm  
 catillus i m. – Schüsselchen, Tellerchen  
 catinus i m. – Napf, Schüssel  
 catulus -i,m - Junges, Hündchen, Kätzchen  
 cauda -ae,f - Schwanz, Schweif  
 causam ago – Prozess führen  
 cautus 3 - vorsichtig  
 caveo 2.,cavi,cautum - Acht geben, sich hüten, sich in Acht nehmen  
 cavum i n. – Loch  
 cavus 3 - hohl, gewölbt  
 celo 1. - verhehlen, verbergen  
 cerasus i f. = cerasum i n. – Kirsche  
 cerebellum i n. – kl. Gehirn  
 cerebrum -i,n - Hirn, Gehirn, Kopf  
 cerritus 3 verrückt  
 cervix cis,f – Hals  
**Cestriana feles** – a Cheshire cat  
 ceterum - übrigens, im Übrigen, doch (Adv.)  
 chorus -i,m - Chor, Reigen  
 chrysalis idis f. - Schmetterlingspuppe  
 circa - um, um...herum, rings um (Präp. b.Akk.)  
 circiter - ungefähr (Adv.)  
 circuitus us m. - Umgang  
 circularis e – kreisförmig  
 circulus -i,m - Kreis  
 circum - ringsum, ungefähr (Adv.)  
 circumeo, -ii,-itum – herumgehen  
 circumeo,-ii,-itum, circumire – herumgehen  
 circumspecto 1. - sich umsehen nach, sich umschauen nach  
 circumverto 3.,circumverti,circumversum - umwenden, umdrehen  
 cirrus i m. – Haarlocke  
 cistellula ae f. - Kistchen  
 cistellula ae f. – Kistchen  
 citius - schneller (Adv.)  
 citra - diesseits (Präp. b. Akk.)  
 clamo 1. - schreien, rufen, laut rufen  
 clavis is,f – Schlüssel  
 clunis is,f - Hinterbacke  
 coepi,coeptum - angefangen haben  
 cogitatio onis,f - Denken, Gedanke, Erwägung, Überlegung  
 colligo 1. - zusammenbinden, zusammenfügen  
 collum i n. – Hals

---

columbus i m. – Täuberich  
 comedo 3.,comedi,comesum – verzehren  
 comis e – freundlich  
 commoneo 2.,-monui,-monitum – erinnern, ermahnen  
 competitor oris m. - Mitspieler  
 compleo 2.,complevi,completum - füllen, anfüllen, erfüllen  
 compluries (Adv.) - mehrmals  
 comprehendo 3.,-prehendi,-prehensum - fassen, erfassen, ergreifen, begreifen  
 compresse (Adv.) – gedrängt, eifrig  
 comprimo 3.,-pressi,-pressum – zusammendrücken  
 conatus -us,m – Versuch  
 concors -rdis – einträchtig  
 conculco 1. – zusammenstampfen, verachten  
